correlatiui vel per terminū supponentē p̄ eo
vt sp̄es nō dȝ diffiniri p̄ gen⁹ captū formalr̄:
sed p̄ terminū supponentē p̄ suo fundamen
to. Sil̄r genus dȝ diffiniri per fundamentum
sp̄ei ꝛ non p̄ sp̄em captā scd̄e intentionalr̄. iō
genus positum in diffinitiōe sp̄ei capit̄ p̄ de
noīato: ꝛ sp̄es in diffinitiōe gn̄is capit̄ etiā p̄
denoīato. Et si q̄s dicat. porphirius dixit in
textu oppositū: q2 dixit q̄ necesse est vtrorūq3
rōnib⁹ vtrisq3 vti. Dicit̄ q̄ porphiri⁹ nō vult
habere q̄ vnū relatiuū diffiniat̄ p̄ suū correla
tiuū: sȝ p̄ fundamētū sui correlatiui: q2 corre
latiuū ē nō noti⁹ suo relatiuo. Etiā eēt circu
latio in diffinitionib⁹ relatiuoꝝ ꝛ idē eē noti⁹
seip̄o. Et si q̄s dicat. p̄r diffinit̄ p̄ filiū ꝛ cōtra
vt p̄r ē hn̄s filiū: ꝛ fili⁹ ē hn̄s patrē. ꝛ tn̄ illa
se hn̄t sicut relatiuū ꝛ correlatiuū. Dico q̄ il
le diffinitiōes nō sunt bone nisi termini corre
latiuoꝝ supponāt p̄ suis denoīatis. Sed opȝ
dicere. pater est aīal qd̄ genuit aliud aīal si
bi simile in sp̄e cū eo existēs. fili⁹ est aīal geni
tū ab alio aīali eiusdē sp̄ei cū ip̄o existens.

An sint decem genera gn̄alissima: ꝛ an substātia sit gen⁹ gn̄alissimū

¶ Sciēdū est tertio q̄ p̄ coordinatio
nis declaratione predicamenti substantie p̄
ponūtur alique difficultates. Prima. vtrum
ista sit vera. decem sunt genera gn̄alissima. et
etiam ista. substātia est genus generalissimū.
Pro solutōe supponit̄ q̄ qn̄ suplatiu⁹ ponit̄ si
ne genitiuo: tunc talis p̄positio debet exponi
p̄ duas cathegoricas: quarū vna est affirmati
ua ꝛ alia negatiua: vt ista decem sunt gn̄alissi
ma sic exponit̄. decem sunt genera ꝛ nulla sūt
generaliora. Etiam ista. substātia est gn̄alissi
mū sic exponit̄. substātia est generalis ꝛ nihil
aliud est gn̄ali⁹. iō de rigore tales p̄pōnes nō
debēt destingui vt cōiter distinguūtur penes
hoc qd̄ est suplatiuū teneri affirmatiue vl̄ ne
gatiue. Imo dicūt aliq̄ q̄ tales p̄pōnes nō de
bēt exponi: q2 suplatiu⁹ in illis nō tenet̄ sup
latiue sȝ solū positiue: q2 sicut cōpatiu⁹ tenet̄
positiue qn̄ ponit̄ sine ablt̄o vel gt̄o ɔ̄structo
ab ip̄o. ita suplatiu⁹ tenet̄ positiue qn̄ ponit̄ si
ne gt̄o. Et si q̄s arguat p̄bādo q̄ ille p̄pōnes
sūt false. s. decē sūt gn̄alissima: ꝛ sub̄a est gen⁹
gn̄alissimū: q2 iste sūt false. s. nulla sūt gn̄alio
ra decē p̄dicamētis: ꝛ nihil est gn̄alius sub̄a q̄
sunt scd̄e exponētes cū ista sit vera ens ē gn̄a
lius decē p̄dicamētis: ergo ꝛc̄. ¶ Dico q̄ ens
nō est gn̄alius: lȝ sit bene cōius: sed nō seq̄tur
est cōius: ḡ est generalius. Nā ad hoc q̄ aliq̄d
sit gn̄ali⁹ opȝ q̄ sit gen⁹. nā cōpatiu⁹ suppōit
positiuū vt i pluri⁹: sȝ ens nō ē gen⁹: igitur.

Lapis an sit animal.

¶ Scd̄a difficultas: vtrū ista sit vera. lapis est
aīal. ꝛ videt̄ q̄ sic: q2 lapis est sensibilis: ḡ est
aīal. p̄ȝ ɔ̄na: q2 de quocūq3 p̄dicat̄ differentia
vel passio de illo p̄dicat̄ sp̄es vel subm̄: sȝ sen
sibile est dr̄ia aīalis vel p̄pria passio: igit̄. Rn̄
detur q̄ sensibile capit̄ duplr̄. vno mō vt idē

Sēsibilis duplex acceptio

est q̄ aptū natū sentire: ꝛ sic ē passio aīalis sup
plens tn̄ dr̄iam ip̄ius aīalis nobis inominatā.
ꝛ sic lapis nō ē sensibilis. alio mō vt idē ē sicut
aptū natū sentiri: ꝛ sic lapis est bn̄ sensibilis:
sed tn̄ nō est passio adequata neq3 dr̄ia aīalis.

An sint aliq̄ dr̄ie p̄uatiue

¶ Tertia difficultas. vtrū sint aliq̄ dr̄ie p̄uati
ue seu negatiue. Et videt̄ q̄ sic. q2 inaīatū: in
corporeū: irrōnale: sunt dr̄ie. ꝛ tn̄ sunt negati
ue: igit̄ ꝛc̄. Respondet̄ q̄ talia cōplexa signifi
cant q̄dam positiua ꝛ dr̄ias positiuas quibus
nō sunt noīa imposita. ideo tenēt locum nomi
num positiuoꝝ. ¶ Et aduerte q̄ dr̄ie diuiden
tes aliquod gen⁹ sunt semp extra quiditatem
ꝛ essentiā gener̄ qd̄ diuidūt. iō lateralit̄ ponū
tur. Ex quo sequit̄ q̄ lȝ iste sint necessarie aīal
est rationale. rōnale est animal: tn̄ nulla illarū
est per se neq3 q̄ditatiua.

An aīal sit gen⁹ ad aīal rōnale.

¶ Quarta difficul
tas. vtrū aīal sit genus ad aīal rōnale: et aīal
rōnale genus hoīs. Rn̄det̄ q̄ nō: imo aīal rō
nale neq3 est genus neq3 sp̄es cū nō opȝ cōce
ptū per se vnū. sed porphirius ponebat osten
dendo errorē antiquoꝝ paganoꝝ.

An dr̄ia spēcialis sit inter hoīem ꝛ asinum

Quinta diffi
cultas. vtrū bos ꝛ asinus differūt specie. ꝛ vi
detur q̄ nō: q2 habēt eandē differentiā. s. irrō
nale: igit̄ ꝛc̄. Rn̄det̄ q̄ irrōnale nō est differē
tia adeq̄ta bouis neq3 asini. Nam impossibile
est duas sp̄es habere eandē dr̄iam adequatā.

Acceptio aīalis

¶ Et si quis petat q̄ sunt ḡ differētie bouis
ꝛ asini. Rn̄detur q̄ tales sunt nobis innoīate
quas circūloq̄mur p̄ passiones ip̄soꝝ. Sed si
quis petat cui⁹ ḡ erit differētia adequata ir
rōnale. Rn̄det̄ q̄ bruti. Ita videlȝ q̄ aīal diui
ditur p̄ rōnale ꝛ irrōnale. rōnale cōstituit ho
minē: irrōnale cōstituit brutū: q̄ ē gen⁹ imme
diatum ad oīa alia irrōnalia aīalia. Uel potest
dici q̄ irrōnale nō est vna differentia: et forte
melius: sed supplet nobis tot differētias q̄t
sunt aīalia irrōnalia quib⁹ nō sunt noīa impo
sita. Et q̄ brutum p̄prie nō est genus: q2 gen⁹
de predicamēto substātie nihil cognotat: sed
brutū cognotat: igit̄.

Correlariū de eisdem

¶ Ex quo sequit̄ vnum
correlariū in p̄hia q̄ anima sensitiua bouis ꝛ
anima sensitiua asini: ꝛ sic de aliis distinguun
tur specie cū illa differāt specie. ¶ Sexta dif
ficultas vtrū in specie specialissima sit quie
scendum descēdendo sic q̄ ipsa nō possit diui
di. Respondet̄ q̄ sp̄es specialissima dr̄ athō
ma. i. indiuisibilis: supple per differētias for
males. i. cōstitutiuas specierū: tn̄ ip̄a est bene
diuisibilis per differentias indiuiduales que
ɔ̄stituūt indiuidua ꝛ p̄ quas indiuidua intrin
sece adinuicem distinguuntur.

Indiuidui acceptiōes

¶ Sciendū est quarto q̄ pro declara
tione diffinitionis indiuidui supponit̄ q̄ in
diuiduū accipit̄ duplr̄. Uno modo scd̄e in
tentionaliter scȝ p̄ scd̄a intētione attribu
ta alicui cui p̄dicatione exercita repugnat pre
dicari de plurib⁹ vniuoce ꝛ diuisim mediante

copula nō āpliata : cuiusmōi est sortes. Et sic
de indiuiduo capto scd̄e intētionalr̄ ponūtur
alique ppōnes. Prima. ista est cōcedenda. idi
uiduū est spēs: sicut ista hō est spēs: qꝛ indiui
duū scd̄e intētionaliter captū hꝫ sub se in
diuiduū: ⁊ hoc indiuiduū de qb⁹ ī qd̄ pdi[cat].
¶ Scd̄a. ista est cōcedenda indiuiduū est vl̄e.
Et si qs dicat: ergo erūt pl̄a vl̄ia ꝙ qnqꝫ. ne
gatur ꝯñā. ⁊ rō est: qꝛ indiuiduū nō est vl̄e p̄
dicatione q̇ditatiua: sed solū denoīatiua sicut
ista. hō est vl̄e. Et si qs arguat ꝯtra pmā ppō
nē. si indiuiduū sit spēs idiuiduū p̄dicabit̄ de
plib⁹ differentib⁹ nūero: qꝛ de quocūqꝫ p̄di
catur diffinitū p̄dicat̄ ⁊ diffinitio: sed spēs p̄
dicat̄ de idiuiduo: ergo ⁊ ei⁹ diffinitio. Rñdet̄
ꝙ sicut ista est denoīatiua: idiuiduū est spēs:
ita ista: indiuiduū p̄dicatur de plurib⁹ differē
tib⁹ nūero. Nā sicut diffinitū dr̄ de aliq̄ ita et
diffinitio: sꝫ ista est q̇ditatiua: saltē data p ad

*Indiuiduum secūdo mō captū ē triplex.*

ditamētū. ¶ Indiuiduū est qd̄ p̄dicat̄ de vno
solo. ⁊ p ly qd̄ intelligit̄ ens rōis. Alio mō ac
cipit̄ pme intētionalr̄ seu p denoīato qd̄ cōit̄
ponitur esse triplex. s. vagū ex suppōne ⁊ deter

*Indiuiduum vaguꝫ quid sit*

minatū. ¶ Indiuiduū vagū est qd̄ singularit̄
importat cū circūlocutiōe mltarū circumstā
tiarꝫ quas ipossibile est in alio reperiri. et tali
ppꝛie nō est nomē ipositū. Unde si a iponeret̄
ad significandū sortē conotādo suas circum
stantias sortes diceretur indiuiduū vagū sm

*Indiuiduum ex suppositione quid sit.*

ꝙ p a repn̄taretur. ¶ Sed indiuiduū ex sup
pōne est qd̄ importatur p terminū q̇ natus est
supponere p vno solo: vt sophronici fili⁹ sol
deus. Et aduerte ꝙ tale idiuiduū ex suppōne
nō est indiuiduū. iō nō sequitur. est indiuiduū
ex suppōne: ergo est indiuiduū. immo commit

*Indiuiduum determinatum quid sit.*

titur fallacia scd̄m quid ad simpliciter. ¶ Sꝫ
indiuiduū determinatū est qd̄ ipoꝛtat̄ p termi
nū q̇ ex vi sue ipositionis nō est nat⁹ suppone
re p plurib⁹ vniuoce ⁊ diuisim mediāte copul
la non āpliata: vt sortes ⁊ plato ⁊ sic de aliis.

*Ens an sit cōe decē p̄dicamētis*

¶ Quantum ad scd̄m articulū dubitat̄
primo vtrum ens sit aliq̇d cōe vniuocū decē
predicamentis. ⁊ videtur ꝙ nō. primo p porphi
rium allegantē aristotelē dicentem ꝙ ens dr̄
equiuoce. nā si quis oīa entia vocet equoce in
quid nuncupabit. etiā ipsemet hic videtur di
cere i textu. Itē dicit aristo. iiij. metha. ꝙ ens
dr̄ de entib⁹ sicut sanū de sanis: sed sanum dr̄
de sanis equiuoce. s. de sano in aīali. in cibo. in
vrina. et in dieta. Etiam dicit ibi ꝙ accidētia
sunt entia sicut logici dicunt nō ens esse ens:
⁊ nonscibile esse scibile. ¶ Rōibus pbatur:
qꝛ si ens esset vniuocum ad decē p̄dicamenta
determinaretur ⁊ cōtraheretur ad ipsa decem
predicamēta: vel ergo p nihil vel p aliq̇d vel
aliqua. nō per nihil; vt notū est. nec p aliqua:
qꝛ vel illa aliqua essent essentia vel nō: nō est
dicenduꝫ scd̄m: neqꝫ primuꝫ: qꝛ tūc sequeretur
ꝙ q̇dlibet p̄dicamētuꝫ esset bis ens: qꝛ bis in
cluderet ens: qꝛ includeret ens quod dicitur
de ipsis vniuoce. ⁊ illud p quod cōtrahit̄ qd̄

est etiam ens. Item nihil est vniuocum ad il
la q̄ cōtinētur sub extremis ꝯtradictoriis: sed
suba ⁊ accn̄s sunt hmōi: igitur ⁊c. mioꝛ ptꝫ:
nā suba est ens p se. accn̄s nō est ens p se. Itē
illa q̄ sunt pmo diuersa in nullo vniuoco con
ueniunt: sed decē p̄dicamentā sunt hmōi: igit̄
⁊c. ¶ In oppositū ē scot⁹ in pmo sniaꝝ distin

*Scoti opinio de ente*

ctiōe tertia. Pro cui⁹ opiniōe ponūt̄ aliqua
dicta. pmū ens dr̄ vniuocuꝫ ad decē p̄dicamē
ta ⁊ ad deuꝫ ⁊ creaturā ipoꝛtās ꝯceptū cōem
ipis aliū a ꝯceptib⁹ ipoꝝ. ⁊ hoc sic pbat̄. ois
intellect⁹ cert⁹ de vno ⁊ dubi⁹ de duob⁹ inqui
bus ille ꝯcept⁹ q̇ditatiue icludit̄ hꝫ ꝯceptum
de quo est cert⁹ aliū a cōceptib⁹ de qb⁹ est du
bius: sꝫ itellect⁹ est cert⁹ de aliq̇ ꝙ sit ens. du
bitādo vtꝝ sit suba vel accidēs: igit̄ habebit
ꝯceptū de q̄ ē cert⁹ scꝫ de ente aliū a ꝯceptib⁹
sube ⁊ accn̄tis de qb⁹ est dubi⁹: ergo ꝯceptus
entis erit ali⁹ a ꝯceptu sube ⁊ accn̄tis: qd̄ nō
eēt si eēt equocū: qꝛ equocū nō ipoꝛtat vnum
aliquē ꝯceptuꝫ aliū a suis equocis: sed est tot
ꝯceptus quot sunt equoca. ¶ Itē cōit̄ ꝯcedi
tur ꝙ ens ⁊ nō ens ꝯdicunt: g̊ ens est vniuo
cū: qꝛ in equocis nō est cōtradictio. Itē ista
ꝯñā cōiter cōcedit̄ hō est suba: ergo homo est
ens. qd̄ tñ nō esset si ens esset equocū: sed ma
gis esset fallacia equocationis. ¶ Et aduerte
ꝙ ois termin⁹ vniuocus ad aliq̄ semp ipoꝛtat
aliquid cōe ipsis. ideo si velim⁹ videre vtrum
aliq̇d sit vniuocū ad aliqua: videndū est si illō
ipoꝛtet aliquid cōe illis: ⁊ si sic tunc est vniuo
cum illis. si nō est equocuꝫ. modo ens ipoꝛtat
ꝯceptū cōem deo ⁊ creature ⁊ decē p̄dicamen
tis: non cōitate reali sed rōnis: vt videbitur i
methaphisica vbi amplius tractabit̄ hec ma
teria. Ideo pro nunc restat soluere auctoꝛita
tes ⁊ rōnes ante oppositum. ¶ Ad primā ip
sius porph. dicitur primo ꝙ male allegat aris
sto. qꝛ non inuenitur vbi aristo. dixerit illā pro
positionē: immo logicaliter posset retoꝛqueri
illa auctoꝛitas ꝯtra eum. nā bene sequitur oīa
entia equiuocantur in ente: ergo ens est vni
uocum. nā terminus distribut⁹ p signū vl̄e vi
detur ipoꝛtare cōceptū cōem ad illa p quibus
distribuitur: sed entia ibi distribuūtur p oīb⁹
entib⁹: ergo videt̄ ꝙ importēt cōceptū ipsis
cōem. ⁊ ad ipm porphi. potest ipm q̇s negare:
cum talia dicat cōtra aristotelem ⁊ vbi oppo
sitū ipsius aristotelis dicit negādus est: cū nō
sit tāte auctoꝛitatis sicut aristoteles. Et ad au
ctoꝛitatē aristo. de q̄rto metha. conceditur ꝙ
est aliquo mō simile. est enī simile in hoc: qꝛ si
cut oīa sana habent oꝛdinē ad sanitate aīa
lis: sic accidentia habent oꝛdinem ad subam
tanqꝫ ad pmū ens. Sꝫ ī h̄ est dissimile: qꝛ sanū
dr̄ de sanis equiuoce: puta de sano in aīali. ci
bo vrina ⁊ dieta. ⁊ ens dr̄ de entibus vniuoce.
¶ Et aduerte etiam ꝙ quādo dicitur accn̄tia
non sunt entia: nisi quia entis sic debet intel
ligi: nisi quia sunt dispositiones substantie. ⁊
non vult negare quin sint vera entia: sed vult
dicere ꝙ se habent ad substantiam sicut dispo

fitiones substantie. Adverte vltra q logici di-
cunt ens nō esse ens: non qdē ens simplr: sed
sm quid: qd nō est aliud q nō ens. ideo conce-
dunt nō ens esse nō ens. qd videt ↄcedere ari
stoteles cōtra nolales q dicūt q ois ppō affir
matiua est falsa: cuius subm p nullo existente
supponit. Dicūt etiā logici nō scibile esse sci-
bile sm qd: qd nō est scibile: sicut sunt contin-
gētia siue ppōnes ↄtigētes. ¶ Ad rōnes. Ad
pmā dr q ens ↄtrahit in decē pdicamēta per
modos intrisecos τ nō p dr̄ias: τ tales nō in-
cludūt formalr τ qditatiue ens: qz ens nō pdi
catur in qd de passiōib⁹ differētijs: neqz de ta
libus mōis intrisecis. τ tn̄ nō sequit q illi mo
di sint nihil: imo sūt realiter ens: lz formaliter
nō sint ens neqz nō ens. ¶ Ad scdam dr q illa
q imediate τ totaliter ↄtinent sub extremis
ↄtradictiōis sic q pcise sint extranea ↄtradi-
ctiōis: non habēt aliquē cōceptū vniuocum
ipsis. modo suba τ accns nō sūt huiusmōi. ¶ Ad
tertiā dr q decē pdicamēta possunt dici diuer
sa in realitate: qz nō conueniūt in aliq̄ realitate
potentiali contrahibili ad ipsa: licet tamen
conueniant in conceptu obiectiuali entis.

An plures hoies ptici patiōe spēi sūt vn⁹ hō. ¶ Dubitat scdo vtrū ista ppō debeat
cocedi: participatione spēi plures hoies sunt
vn⁹ hō. τ videt q nō: qz bn̄ sequit pticipatiōe
spēi plures hoies sunt vnus hō: ergo plures
hoies sūt vnus hō. ptz ↄña a pte i mō ad suū
totū. Et vltra bn̄ sequitur plures hoies sunt
vn⁹ hō: ergo vn⁹ hō est plēs hoies p cōuersio
nē simplicē: sed ista est falsa: vn⁹ hō est plures
hoies: qz ei⁹ cōtradictoria est vā. s. null⁹ hō est
plēs hoies. ¶ Et si qs dicat in pma ↄña com
mittitur fallacia sm quid ad simplr: qz ly par
ticipatione spēi diminuit ly vn⁹ hō. Contra.
nullus termin⁹ diminuit aliū terminū nisi po
natur in eadem parte cū eo: sz ly pticipatione
spēi τ ly vn⁹ hō nō ponūtur in eadē pte: igit
τc. ¶ Pro solutiōe supponit q ly vn⁹ pōt ca-
Unius duplex acceptio. pi duplr. vno mō cathegoreumatice: alio mō
sincathegoreumatice. cathegoreumatice ad-
huc duplr. vno mō vt est pncipiū numeri pdi-
camētalis: quēadmodū dr q numer⁹ binari
us cōponitur ex duab⁹ vnitatib⁹. Alio mō vt
est passio entis: τ scdm hoc cōit dr q quelibz
res hz suā ppriā vnitatē qua intrinsece τ for
Uni⁹ qttuor sūt mōi. maliter dr vna. Uñ cōit sm aristotelē ponun-
tur qttuor modi vni⁹: sz vnū nūero: vnū spē:
vnū gñe: τ vnū ppōne seu in analogica. de qui
bus alias videbit. Sed ly vn⁹ captū sincathe
goreumatice valet tātū sicut qdā τ facit ppō
nem pticularē: vt ista est particularis vn⁹ hō
currit. si ly vn⁹ capiat sincathegoreumatice.
cui⁹ ↄdictoria est ista. nullus hō currit. Et ad
uerte q si in ista ppōne pticipatione speciei
plures hoies sunt vn⁹ hō: capiat ly vn⁹ p vno
numero illa esset simplr falsa: qz nullus est hō
qui sit plures hoies pticipatione speciei: sed
si capiatur p vna spē tunc est vera: et est sen-
sus: plures homines sunt vnus homo parti-
cipatione spēi. i. in pticipando spēm: vel plu-
res hoies ↄueniūt i ↄceptu hois q qtū de se
ē indeterminat⁹. τ idē ad oēs hoies. Et ad rōez
factā dr q ↄmittit fallacia scdz qd ad simplr.
¶ Ad iprobationē dr q ly pticipatiōe spēi se
tenet mētalr a pte de ly vn⁹ hō i mētali ppō
ne. licet vocaliter sibi imediate non addatur.

¶ Dubitat tertio vtrū illud qd est in- Indiuiduum an sit indiuiduum vnū nūero.
diuiduū sit indiuiduū τ vnū nūero p aliqd po
sitiuū intrinsecū sibi qd nō est aliqd qrere ni
si per qd repugnat sorti diuidi in plēs partes
subiectiuas: τ per qd sit vnū nūero. Rñdetur Indiuidui diffinitio sm scotū
breuiter sm mētem scoti q indiuiduū seu illud
qd est vnū numero dr vnū nūero p aliqd posi
tiuū sibi intrinsecū τ sibi realiter idētificatū
formalr tn̄ distinctū. τ illud vocat dr̄ia indiui
dualis p quam distinguit a quolibet qd nō ē
ipm. ita q si quis petat p qd sorti repugnant
diuidi in plēs subiectiuas: seu p qd est indiui
duū τ vnū nūero. Rñdetur p suā dr̄iam indi-
uidualē: τ p illā distinguit a platone: τ p illaz
ↄstituit in esse indiuidui sic q oia indiuidua
eiusdē spēi distiguūtur ab inuicē p suas dr̄ias
indiuiduales. Et hoc pōt videri p auctorita-
tē aristotelis dicētis: q ois differētia differē
tiū reducit ad aliqua que sunt pmo diuersa:
sz sortes τ plato sunt dr̄ia: ergo reducūtur ad
ad aliq̄ q sunt pmo diuersa. i. in nullo quidita
tiue cōuenientia: sz illa nō sunt nisi dr̄ie indiui
duales: g sortes τ plato dr̄nt illis differentijs
indiuidualib⁹. ex quo sequit q tales dr̄ie sunt
ponēde. Itē sortes differt a platone et cū co
cōuenit: ergo opz ponere aliqd p qd cōueni-
unt τ aliqd p qd differūt: aliter idē eēt princi
piū conueniētie τ dr̄ie respectu eiusdē qd est
falsum: sed illud p qd differūt non pōt esse nisi
differētia indiuidualis: qz p naturā. s. p huma
nitatē nō differūt sed magis cōueniūt. nā huma
nitas qtū est de se est indifferens ad oēs dif-
ferētias idiuiduales: g τc. ¶ Ex q sequit fal Nolalium opinio falsa pbat de ↄuenientia τ dr̄ia sor. τ plato.
sitas nolaliū dicētiū q sortes τ plato seipsis cō
ueniūt τ seipsis differūt nisi velint itelligere q
seipsis differūt. i. p aliqd extrinsecū ipsis: τ sic
bn̄ ↄcederem⁹ cū ipsis. ¶ Et si qs qrat vtrz ta
lis dr̄ia indiuidualis p quā repugnat sorti di
uidi i plēs ptes subiectiuas. τ p quā ē vnū nu
mero τ p quā ēt natura est hec τ vna nūero sit
materia vel forma: vel totū cōpositū. Rñdet
q nō est materia nec forma: sz realit distincta
ab ipsis est tn̄ eadē realit sorti. distincta tn̄ for-
malit. vñ sortes methaphisice cōponit ex dua
bus realitatib⁹. vna potētiali q est humanitas.
alia actuali q est dr̄ia indiuidualis: et sic illa
dr̄ia idiuidualis pōt vocari quedam realitas.
¶ Et si qs dicat. si sortes sic cōponeretur me
thaphisice ex duab⁹ realitatib⁹: sequeret q pos-
set diffiniri p illas duas realitates. Rñdetur
q ex talib⁹ duabus realitatibus poterit cōsti-
tui quedā notificatio seu ratio notificās idi-
uiduū: sed illa nō vocabit diffinitio ppter cū
dr̄ia indiuidualis non sit qditas: cum non sit

cõicabilis. ¶ Et isto sequit̃ ꝙ de singulari ca
pto vt est quoddã cõpositũ ex realitate ꝛ rea-
litate ẽ bñ scia: nõ tñ alia a scia sui supioris ꝛ
de ipso bñ põt fieri demõstratio. ꝛ hoc p diffi-
nitionẽ supioris ꝛ nõ p ppriã diffinitionẽ: qꝛ
de ipso non est aliq̃ diffinitio q̇ditatiua alia a
superiori. neqꝫ est aliq̃ passio pmo demõstra
bilis de ipso. iõ nõ est alia scia a sciẽtia supio-
ris. Et si qͥs dicat. sortes est vna res: g̃ nõ hꝫ
plres realitates. Rñdet̃ negãdo ↄ̃ñam: qꝛ cũ
vnitate rei stat bñ multitudo realitatũ. ¶ Et
si qͥs arguat. nõ est tanta distinctio inter sortẽ
ꝛ platonẽ: quãta inter suas dr̃ias indiuidua-
les: g̃ nõ distinguũt̃ per illas dr̃ias: qꝛ al's eẽt
maior distinctio inter distinguẽtia ꝙ̃ inter di
stincta. aña pꝫ: qꝛ sortes ꝛ plato cõueniant in
conceptu quiditatiuo entis: ꝛ tñ differentie
eoꝝ nõ cõueniũt in aliquo cõceptu qui dicat̃
q̇ditatiue de ipis. ¶ Rñdet̃ ꝙ aliqua eq̃liter

Aliq̃ꝫ equa distictio du plr intelli gitur.

distingui põt intelligi duplr. vno mõ qꝛ equa
liter sunt incõpossibilia in aliquo. ꝛ sic est tãta
distictio inter sortẽ ꝛ platonẽ: q̃ta inter suas
dr̃ias. alio mõ q̃tũ ad hoc ꝙ nõ ẽ cõuenire in
aliq̃ ↄceptu q̇ditatiuo ꝛ sic nõ est tanta distin
ctio inter sortẽ ꝛ platonẽ: q̃ta inter suas diffe
rẽtias. ¶ Et si qͥs arguat. sortes ẽ vnũ nũero
p suã materiã: g̃ nõ p suã dr̃iam indiuidualẽ.
aña pbat̃ p arist. v. methaphi. dicẽtẽ: vnũ nũe

Acceptiões materie.

ro sunt quoꝝ materia est vna. Rñdet̃ ꝙ mate
ria accipit̃ duplr. vno mõ p altera pte cõposi
ti cuiusmodi est corpus vel materia pma ex q̃
cũ forma cõstituit̃ vnũ tertiũ. ꝛ ista vocat̃ ma
teria ptis. alio mõ accipit̃ p realitate ↄ̃hente
seu determinãte entitatẽ communicabilẽ ad eẽ
incõicabile: ꝛ ista vocat̃ materia totius. Tũc
dico ꝙ auctoritas aristotelis intelligit̃ de ma
teria totius: q̃ nõ est nisi differẽtia indiuidua
lis: ꝛ nõ de materia ptis: ꝛ siliter dicẽdũ est de
aite. Et p hoc soluũtur oẽs auctoritates q̃ vi
dent̃ dicere materiã eẽ pncipiũ indiuiduatio-
nis. Si etiam sint aliqueauctoritates q̃ videã
tur dicere ꝙ aliq̃ accñtia sicut q̃titas: loc⁹ ꝛc.
sint pncipiũ idiuiduationis: debẽt itelligi de
pncipio extrinseco ꝛ nõ itrinseco. qđ nõ est aliđ
ꝙ̃ dr̃ia indiuidualis. Et hec de scđo articulo.

Diffinitio spẽi suffici enter a por phirio assi gnatur.

¶ Quantum ad tertiũ articulũ sit ↄ̃clu
sio rñsalis. acceptiões ꝛ diffinitiões spẽi sunt
a porphirio sufficiẽter assignate: vt pꝫ ex pri
mo articulo. ¶ Ad rõnes añ oppositũ q̃stiõis.
¶ Ad pmã dr̃ ꝙ gen⁹ ꝛ spẽs nõ opponuntur
sm oẽs suas acceptiões: sed solum sm tertiã
ꝛ scđaꝫ. ¶ Ad scđam dr̃ ꝙ lꝫ vni⁹ rei vnico mõ
accepte nõ psit eẽ plures diffinitiões pure q̇
ditatiue: tñ psit esse diuerse diffinitiões date
p additamẽtũ q̃si descripte: ꝛ h̃ scđꝫ diuersas
habitudines illi⁹ rei. ¶ Ad tertiã negat̃ aña.
ꝛ ad pbationẽ pmã dr̃ ꝙ lꝫ sol ꝛ phenix ꝛ si-
milia nõ possint pđicari de pluribꝰ: h̃ tñ non
repugnat ipis: ꝫ solũ puenit ex eo ꝙ eoꝝ non
sint plura supposita. Ad scđaꝫ pbationẽ dr̃ ꝙ
gen⁹ bñ pđicat̃ de pluribꝰ differẽtibꝰ nũero:

ꝫ non tñ quẽadmodũ spẽs. iõ pprie in diffi-
nitiõe spẽi intelligit̃ tñ vel solũ. ¶ Ad q̃rtaꝫ
dr̃ ꝙ tertia diffinitio spẽi dat̃ de spẽ in ordine
ad indiuidua ꝛ nõ in ordĩe ad gen⁹. iõ nõ opꝫ
ꝙ in eius diffinitione ponat̃ gen⁹. ¶ Ad quin
taꝫ dr̃ ꝙ illa diffinitio datur de specie capta p
pter se significato: licet tamen istud nomẽ cõ-
cretuꝫ species possit suppõere pro denomina
to respectu huius quod est esse quemadmodũ
dictũ est in pcedenti questione. Ad aliã dicit̃
ꝙ lꝫ spẽs p respectũ quẽ hꝫ ad gen⁹ sit subĩci
bile est tñ pđicabile per respectum quẽ habet
ad indiuidua: modo species hic diffinitur per
respectum ad indiuidua ꝛ ad genus

Differẽtie diffinitio.

¶ Differentia võ cõiter proprie ꝛ ma-
gis pprie dicitur. Cõiter autẽ alterum
ab altero differre dicitur ꝙ alteritate
q̃dã differt quocũqꝫ mõ vel a seipo vel
ab alio. differt enĩ sortes a platone alte
ritate q̃dã ꝛ ipse a se vel puero vel iam
viro vel faciente aliq̇d vel quiescẽte.

Capituli diuisio

Istud est tertiũ capl'm in quo
porphiri⁹ determiat de tertio pre
dicabili scilꝫ de differẽtia. et diui-
ditur in duas partes. In pma de-
terminat de ipsa differẽtia diuisiue dicens ꝙ
tres sunt diuisiones principales differentie:
due mĩn⁹ principales seu subdiuisiones. Pri-

Differẽtie diuisio

ma diuisio est hec. differẽtiarũ alia communis.

Dr̃ia cõis quid sit

alia propria. alia magis propria. Differentia
communis est qua alterũ differt ab altero alte-
ritate quadã. i. diuersitate accidẽtali quocũqꝫ
mõ vel a se vel ab alio: vt sortes differt a pla-
tone alteritate quadam. vel ipse sortes senex
differt a se puero: ꝛ ipse aliq̇d faciens differt
a seipso quiescẽte. ¶ Differẽtia ppria est qua

Dr̃ia ppria quid sit

alterũ differt ab altero inseparabili accidẽte:
vt sortes sim⁹ differt ab aquilo. Et ponit tria
exẽpla de accidente inseparabili: vt nasi cur-
uitas: cecitas oculoꝝ: ꝛ cicatrix cũ ex vulnere
occaluerit. i. indurata fuerit. Et dicit̃ tale ac-
cidens differẽtia ppria: eo ꝙ inest p causam

Dr̃ia magis ppria

naturalẽ: vel qꝛ nõ est faciliter mobile. ¶ Dif
ferentia magis ppria est qua alterum differt
ab altero differẽtia specifica: vt homo differt

Correlariũ de differen tia

ab equo rõnalitate. ¶ Deinde infert vnũ cor-
relariũ in quo cõparat mẽbra dicte diuisiõis
sm ↄ̃uenientiã ꝛ differentiã dicens ꝙ vlr oĩs
differẽtia facit alteratũ. i. facit differre essen-
tialr vel accidẽtalr: seu facit rẽ aliter se habe
re: etiã cuicũqꝫ aduenerit: sed illa que est com
munis ꝛ ppria faciunt alteratũ. i. differre ac-
cidentalr solum. sed differẽtie magis proprie
faciunt aliud. i. differre essentialiter. ꝛ vocant̃
specifice: qꝛ ↄstituunt spẽm. ¶ Deinde infert

Dr̃ie scđe diuisio

secundã diuisionem differẽtie: dicens ꝙ diffe
rentiarum alie faciunt aliud. i. differre essen-
tialiter. ꝛ alie alteratuꝫ. i. differre accidẽtalr.
ꝛ ponit duas differẽtias inter membra huius

diuisiõis. Pria. qr dřie faciẽtes alteratũ dicũf dřie simplr. i. sine addito. sʒ faciẽtes aliõ dicũtur specifice: vt rõnale adueniens animali facit aliõ. s. spẽm aĩalis. Illa võ dřia q̃ ẽ mouere solũ altatũ facit. i. differt accñtalr a quiescẽte. Scða dřia: qr ẽm dřias faciẽtes aliud: fiũt diuisiões generũ in spẽs ⁊ assignatiões diffinitionũ spẽrũ q̃ ↄstituũtur ex gñe ⁊ dřia. sed ẽm eas q̃ solũ faciũt alteratũ nõ fiũt pdicta: sʒ solũ alteratio vel accñtalis permutatio cũ tales sint accñtia.

Differẽtie tertia diuisio.

¶ Deinde ponit tertiam diuisionem dicẽs. differẽtiaꝝ alie sunt separabiles: vt mouere. quiescere. sanũ eẽ. ⁊ egrũ esse. alie sunt inseparabiles vt aquilũ vl' simũ esse rõnale ⁊ irrõnale. ¶ Deinde ponit subdiuisionẽ vni⁹ mẽbri dicẽs. differẽtiaꝝ inseparabiliũ q̃dã sunt p se: vt rõnale p se inest hoi: ⁊ mortale ⁊ susceptibile discipline. alie võ p accñs: vt aquilũ ⁊ simũ esse: ⁊ ponit duas differẽtias inter hui⁹ mẽbra. Prima. differẽtie per se accipiũtur in rõne. i. in diffinitiõe ⁊ faciũt aliud. i. diuersitatem essentialẽ. sed differẽtie per accidens nec ponunf in diffinitione quiditatiua nec faciũt aliud: sed alteratũ solũ. ¶ Scða differẽtia. qr differẽtie p se qr nõ suscipiũt magis ⁊ minus sed bene differentie p accidẽs. primã partem pbat sic. cuius esse nõ suscipit magis neqꝫ minus neqꝫ principia essendi: sed esse speciei3 non suscipit magis neqꝫ minus: igif nec gen⁹ nec differẽtia q̃ sunt principia ei⁹. minor pꝫ: quia esse vniuscuiusqꝫ vnũ ⁊ idẽ est. neqꝫ intẽsionem ⁊ remissionẽ suscipiens. Secunda ps patet: quia aquilum esse vel coloratum esse aliquo modo intenditur ⁊ remittitur.

Differẽtie subdiuisio per se

¶ Deinde ponit subdiuisionẽ differentie per se dicens. differẽtiarum per se quedam sunt diuisiue generum. alie sunt constitutiue specierum. nam differentiarum que sunt per se. quedam sunt ẽm quas diuidim⁹ genera. alie sunt ẽm quas ea q̃ diuisa sunt specificãtur. qõ declarat per exẽpla: vt cũ iste differẽtie aĩatum: inaĩatu3: sensibile: insensibile: rõnale: irrõnale: mortale: ⁊ immortale sint differentie per se ea q̃ est aĩati ⁊ sensibilis est cõstitutiua sube aĩalis. Est enĩ aĩal suba animata sensibilis. illa võ que ẽ mortalis ⁊ imortalis: rõnalis ⁊ irrationalis: diuisiua est aĩalis. Et gñaliter ille dřie q̃ sũt diuisiue generum sunt cõstitutiue specierum: vt animal diuiditur p rationale ⁊ irrationale: mortale ⁊ imortale: ⁊ illa q̃ est rõnalis ⁊ mortalis est cõstitutiua hois: illa que est rationalis ⁊ imortalis dei. Ex quo cõcludit porphiri⁹ ꝙ eedem dřie sunt cõstitutiue ⁊ diuisiue respectu diuersorũ. ideo p̃sens diuisio nõ datur p mẽbra realiter distincta.

Animalis diffinitio

Dřie mag⁹ pprie acceptiones.

Deinde ponit duas vtilitates dřie per se dicẽs ꝙ maxime op⁹ est his differentiis p se ad diuisiões generum ⁊ diffinitiones speciey: sed non his q̃ sunt scðm accidẽs. In scða pte pncipali determinat porphirius de differentiis magis proprie diffinitiue ponẽs quinqꝫ diffinitiones eius. Prima differentia est qua abundat species a genere: vt homo abũdat ab animali per rõnale ⁊ mortale. homo enim includit in sua quiditate rationale quod nõ includit animal. ideo dicit ꝙ aĩal nihil horum est: sc3 neqꝫ rationale: neqꝫ irrationale. licet enĩ omne animal sit rationale vel irrationale: tñ scðm se. i. quiditatiue neqꝫ est rationale neqꝫ irrationale.

Spẽs vñ hꝫ dřiam q̃ abundat a genere

¶ Deinde remouet dubiũ qõ consurgit ex predicta diffinitione. s. vnde habet spẽs dřiam p quã abundat a genere. non enĩ habet a se: qr differentia constituit spẽm. nihil aũt cõstituit seipm neqꝫ a nihilo: quia ex nihilo non constituitur aliqua entitas positiua neqꝫ a genere: qr tũc genus prius haberet eam. ⁊ sic spẽs non abũdaret a genere per differentiam: qr qua ratione haberet vnã ⁊ aliã. ⁊ sic haberet opposita. Soluit porphirius dicens ꝙ genus hꝫ oẽs dřias potestate. actu võ nullam habet. spẽs aũt hꝫ eam actu. et habet a genere quam in potestate continet.

Dřie alia diffinitio.

¶ Deinde ponit aliam diffinitionẽ differẽtie q̃ est hec. differentia est ꝙ predicaf de plurib⁹ differẽtibus specie in eo ꝙ quale. pbat exẽplo: vt rõnale ⁊ mortale q̃ sunt differentie predicanf de hoie i quale ⁊ nõ in quid.

Quid in q̃le p̃dicatur

quod pbat duplr. pmo a signo. Illud p̃dicaf in q̃le qõ ↄuenienter rñdef ad interrogationẽ factã p quale: sed differentia est hmõi: qr sicut nobis interrogatis q̃d est hõ rñdem⁹ animal: ita nobis interrogati3 qualis est homo. rñdemus rõnalis vel mortalis. ¶ Scðo pbat a simili: qr statua cõponif ex ere tãq̃ ex materia: et figura tanq̃ ex forma. sic homo cõponif ex gñe tanq̃ ex materia: ⁊ differẽtia tanq̃ ex forma. sed figura p̃dicaf de statua in q̃le: g differentia p̃dicaf in quale.

Dřie tertia diffinitio

¶ Insup ponit tertiã diffinitionẽ differẽtie dicẽs. differẽtia est qõ aptũ natũ est diuidere ea q̃ sub eodẽ gñe sũt: vt rõnale ⁊ irrõnale diuidũt. i. distinguũt hominẽ ⁊ equũ: q̃ sunt sub eodem gñe puta sub aĩali.

Dřie q̃rta diffinitio

¶ Deinde ponit quartã diffinitionẽ differẽtie. dicẽs ꝙ differẽtia est qua differunt a seinuicẽ singl'a. i. singule spẽs eiusdẽ gñis. qõ pbat: qr spẽs nõ dřũt ẽm gen⁹: imo in gñe cõueniũt. Nã sum⁹ aĩalia mortalia nos ⁊ irrõnalia: sed rõnale nobis additũ separat nos ab illis. Similr nos ⁊ dñi sum⁹ rõnales: sed mortale additum nobis distinguit nos ab illis.

Quarte diffinitionis differẽtie correctio.

Dřie quĩta diffinitio

¶ Deinde corrigit quartã diffinitionẽ dicẽs ꝙ peripatetici interius speculãtes dicũt non quodlibet eoꝝ que diuidũt ea q̃ sub gñe sunt esse differentiã: sed hoc qõ ↄducit. i. cõstituit ad esse: ⁊ ei⁹ qõ est esse rei ps est. ⁊ illa est quĩta diffinitio differẽtie quã sic pbat: qr aptum natũ ad nauigandũ diuidit hoiem ab aliis animalibus. Dicimus enĩ ꝙ animaliũ Alia sunt apta nata ad nauigandũ. alia võ non. ⁊ tamen aptũ natũ ad nauigandũ nõ est differẽtia hominis: sed ppriũ eius. nec est talis differẽtia quales sunt ille q̃ specifice vocanf.

Que sunt differentie specifice.

¶ Ex quo infert ꝙ specifice differẽtie erunt quecũqꝫ alteram faciunt speciey: ⁊ quecũqꝫ in eo ꝙ quale predicantur. Ex quo infert finaliter ꝙ ista

que dicta sunt de differentijs: sufficiunt.

An diuisiones et diffinitiones differentie bene assignentur in textu.

¶ Queritur vtrū diuisiones differētie ⁊ q̄nqꜫ diffinitiōes dr̄e magis ꝓprie sint in textu bñ assignate. Arḡ p̄rio ꝯ p̄mam ptē. oīs diuisio dꜫ dari p opposita: ſꜫ p̄ria diuisio non dat̄ per opposita: igr̄. minor pꜫ: q꞉ vnū mēbrū sequit̄ ad aliud. sequit̄ eñ bene illa differunt ꝓprie: ergo differūt cōiter. ¶ Scd̄o sic. membra scd̄e diuisionis coincidūt: q꞉ oīs dr̄a faciens aliud etiā facit alteratū. etiā disgregatiuum ⁊ ꝯgregatiuū visus faciunt ꝓprie alteratum: ⁊ tñ cū hoc faciūt aliud. Nā albedo ⁊ nigredo p has dr̄as essentialr̄ differūt. Itē nigruꝫ est dr̄a separabilis respectu parietis: ⁊ insepara bilis respectu corui. ¶ Tertio arḡ ꝯ diffinitiones. primo sic. dr̄a nō est diffinibilis: igr̄. añs pꜫ: q꞉ sola spēs diffinit̄: ſꜫ dr̄a nō est spēs: igr̄. ¶ Quarto arḡ sic ꝯ primā diffinitionē. illud qd̄ abundat alio est in plus illo: ſꜫ spēs nō est in plus q̄ genus: inimo econtra: ergo male dr̄ ꝙ dr̄a est q̄ spēs abūdat a gn̄e. ¶ Quinto arḡ sic. scd̄a diffinitio nō ꝯuenit soli diffinito: nec oī ꝯtento sub diffinito: igr̄. p̄ma ps añtis pꜫ: q꞉ ꝯuenit passionib⁹ generꜫ etiā ꝯuenit colorato cū oīa illa predicent̄ de plurib⁹ differentibus spē in eo qd̄ quale. scd̄a ps pꜫ: q꞉ nō conuenit dr̄e ꝯstitutiue spēi specialissime sicut est rōnale. Nā rōnale nō predicat̄ de plurib⁹ differentib⁹ spē. In oppositū est porphirius in textu. In qōne erunt tres articuli sicut in alijs.

Intellectus p̄rie diuisi.

¶ Quantum ad primū articulū sciendū est primo ꝙ prima diuisio dr̄e q̄ dr̄a diuidit̄ in cōem: ꝓpriā: ⁊ magis ꝓpriā. nō est diuisio generis in spēs: sed est diuisio vocis in significatiōes: seu equiuoci in equiuocata. ſm tñ illā equiuocationē ſm quā vox ꝓprie vnuꝫ significat ⁊ transſūptiue significat aliud. Nā dr̄a pri⁹ dr̄ de dr̄a magis ꝓpria ⁊ p quādam similitudinē ⁊ transumptionē dr̄ de dr̄a cōi ⁊ ꝓpria. lꝫ tñ quo ad vulgares pri⁹ dicat̄ de dr̄a cōi. Nā primo dicunt aliqua differre ſm dr̄iam cōeꝫ: deinde ſm differentiā ꝓpriam: ⁊ post ſm dr̄iam magis ꝓpriā. ⁊ debent accipi membra hui⁹ diuisionis cū precisione: q꞉ ipa sine precisione sumpte nō sunt opposita: sed vnū sequit̄ ad alteꝝ. ¶ Aduerte ꝙ dr̄a non dr̄ cōis p predicationē ꝙ sit cōis alijs differētijs: q꞉ tūc non esset membrū oppositū. Sꝫ dr̄ cōis: q꞉ est in vsu cōiter loquētiū. Et aduerte ꝙ dr̄a nō dr̄ ꝓpria: q꞉ insit illi qd̄ facit differre ſm aliquē modū ꝓpriū: sed dr̄ ꝓpria: q꞉ facit differre ꝓprie. vel q꞉ est in vsu ꝓprie loquētiū. i. pħoꝝ. Et differētia dr̄ magis ꝓpria eo ꝙ facit magis differre ꝓprie. vel q꞉ est in vsu magis ꝓprie loquentiū. s. sapientiū q̄ cognoscunt differentias magis ꝓprias reruꝫ. Sꝫ est paruū dubiū quō pōt saluari exēpluꝫ porphi. qui dicit ꝙ sortes senex differt a seipo puero. cum nihil differat a seipo. Pro solutione aduerte ꝙ talis ꝓpō potest capi dupliciter. vno modo ꝓprie. ⁊ sic ē falsa: ⁊ sic exponit̄. sortes

Differentia quare dicitur cōmunis.

Quare ꝓpria.

Quare magis ꝓpria.

Sortē senē differre a seipo puero quomodo intelligitur

senex est ⁊ sortes puer est. ⁊ sortes senex non est ipse sortes puer. Alio modo accipit̄ improprie: ⁊ debꝫ sic exponi: sortes aliqualiter se hꝫ qñ est puer: ⁊ nō hꝫ se taliter qñ est senex sic hꝫ qñ ē puer. ⁊ sic est vera. ⁊ i illo sensu capit porphiri⁹. nec valet ista ꝯñtia sortes senex differt a seipo puero: ergo sortes differt a seipo: sed est fallacia ſm quid ad simpliciter.

Suppositiones declarantes p̄dictas differentie diffinitiones.

¶ Sciendū est secūdo ꝙ p declaratione aliaꝝ diuisionū differentie ponunt̄ aliq̄ suppositiones. ¶ Prima differentia q̄ diuiditur in istis diuisionibus nō est tertiū predicabile. cū membra taliū diuisionū faciūt diuersa predicabilia. nā differentia cōis facit predicabile accñtis: ⁊ etiā differētia ꝓpria. sola aūt differentia magis ꝓpria est q̄ facit tertiū predicabile. Supponit̄ scd̄o ꝙ alteratū capit̄ dupliciter. vno mō ꝓprie: vt sic tātū valꝫ sicut faciens differre accñtalr̄. ⁊ sic capit̄ in scd̄a diuisiōe. alio mō capit̄ gn̄aliter vt tātū valet sicut faciens rē aliter se hr̄e. ⁊ sic accipit̄ cū dicit̄ ꝙ oīs dr̄a alteratū facit. i. facit rem aliter se hr̄e siue essentialr̄ siue accñtalr̄. ¶ Supponit̄ tertio ꝙ aliq̄d dr̄ iseparabile duplr̄. vno mō simplr̄ ꝙ nullo mō ab alio pōt separari. neqꜫ per potentiā diuinā neqꜫ naturalē ⁊ illo mō accidentia respectiua dicunt̄ esse inseparabilia. ⁊ sic nō capit̄ qñ dr̄ ꝙ dr̄a ꝓpria facit differre accñte insepa rabili. Scd̄o mō aliq̄d dr̄ inseparabile ſm q̄d qd̄ p potentiā naturalē vel q꞉ faciliter nō pōt separi p naturā. ⁊ isto mō capit̄ cū dr̄ ꝙ dr̄a ꝓpria facit differre accidente inseparabili. i. quod p potētiā naturalē neqꜫ faciliter pōt separari. Sed diceret aliquis quō capit̄ inseparabile in tertia diuisiōe vbi dr̄ ꝙ dr̄aꝝ q̄dā sūt sepabiles ⁊ q̄dā insepabiles. dico ꝙ capit̄ inseparabile cōiter siue dicat inseparabile simpliciter siue ſm q̄d. Aduerte tamen ꝙ inseparabile potest capi logicaliter: et tunc dico ꝙ illud est inseparabile quod nō ꝑt negari de subiecto remanente subiecto p eodem supponēte. ⁊ sic credo ꝙ nulluꝫ accñs est inseparabile. ¶ Supponit̄ quarto ꝙ p se accipitur dupliciter. vno mō cōiter vt se extendit ad oēs modos per se. ⁊ sic nō capitur p se in quarta diuisione dr̄e. alio mō capit̄ ꝓprie vt importat perseitatem primi modi. ⁊ sic capit̄ in illa diuisione ly per se. Et si quis dicat. porphirius exemplificat de dr̄a p se p istā dr̄am susceptibile discipline: q̄ est propria passio hominis: ⁊ nō differentia magis ꝓpria. ¶ Rñdetur ꝙ ibi accipit̄ susceptibile discipline vt tenet locum alicuius differentie per se.

Alteratū dupl'r accipitur.

Aliquid inseparabile dicit̄ dupl'r.

Inseparabile logicaliter captum quid sit.

Per se dupliciter accipitur

Dr̄e tres sunt act⁹.

¶ Sciēdū est tertio ꝙ p declaratiōe diffinitionū differentie supponit̄ p̄rio ꝙ tres sunt actus dr̄e. i. tria ꝯueniunt differentie scꝫ diuidere genus: ꝯstituere spēꝫ: ⁊ facere differre spēm: quā ꝯstituit a quolibet alio. vt rōnale diuidit al al. ꝯstituit hōieꝫ. ⁊ facit ipꝫ differre a q̄libet alio. ⁊ ab isto vltimo actu q̄ est facere differre: dr̄a sumit nomen suuꝫ. ¶ Sup-

Intellectus prīe diffinitionis drīe.

ponit̃ scđo ꝙ prīa diffinitio drīe in qua dr̄ ꝙ
drīa est qua abundat spēs a gñe ⁊ sic est intel-
ligenda drīa est qua spēs plura quiditatiue ⁊
essentialr̃ ꝯtinet ꝗ genus. vt hō ꝑ rōnale plu
ra essentialiter ꝯtinet ꝗ aīal: q2 quicquid cō-
tinet quiditatiue aīal: etiā ꝯtinet hō: ⁊ cū hoc
ꝯtinet rōnale. ¶ Ex quo sequit̃ ꝙ abundare:

Abundare qđ sit.

vt ad ꝓpositū sufficit nō ē aliud ꝗ plura alio
essentialr̃ ⁊ q̄ditatiue includere. ¶ Supponit̃

Intellectus scđe diffinitionis drīe.

tertio ꝙ scđa diffinitio est sic intelligenda. dif
ferentia supple generica est vle ꝙ aptū natū
est predicari de plurib⁹ drītibus spē in eo qđ
quale supple essentiale: vt sensibile ꝑdicat̃ de
hoīe: boue: ⁊ leone: in eo quod quale essentia
le. ¶ Et dr̄ notāter gñica: q2 drīa specifica nō
predicat̃ de plurib⁹ drītibus spē: sed solū de
vna: vt rōnale solū predicat̃ de hoīe. Et dr̄ no
tāter in quale essentiale. ad drīam ꝓprij etiā
accñtiū que predicant̃ in quale accidentale.

Intellectus tertie diffinitionis differentie.

¶ Supponit̃ quarto ꝙ tertia diffinitio drīe
in qua dr̄ drīa ē qđ aptū natū est diuidere ea
que sub eodē gñe sunt. debet sic intelligi. drīa
est quod aptū natū est diuidere. i. distinguere
⁊ facere differre ea que sub genere sunt: cuius-
modi sunt species vt rationale diuidit. i. di-
stinguit hominē ab equo: boue: ⁊ leone.

Intellect⁹ quarte diffinitionis differentie.

¶ Sciendū est quarto ꝙ circa textū
incidūt alique parue difficultates. Prīa. quō
intelligit̃ quarta diffinitio drīe i qua dr̄ drīa
est qua differūt ad seinuicem singula. i. singu
le spēs. Pro solutione supponit̃ ꝙ ly singula

Singula in diffinitione capitur duplr̄.

pōt capi duplr̄. vno mō distributiue: ⁊ sic non
capit̃ hic: q2 tūc ipa eēt falsa: q2 nulla est drīa
qua dīnt a seinuicē singula. i. oēs spēs. nā per
rōnale nō differunt bos ⁊ asinus: neq3 bos ⁊
equus. l3 tñ bene ꝑ rōnale differat hō ab om-
ni alia spē. tñ alie spēs nō differūt a seinuice3
neq3 ab hoīe ꝑ rōnale. Alio mō capit̃ ꝑticulr̃
⁊ loco signi ꝑticularis: ⁊ ita capit̃ in textu. ita
ꝙ est sensus. drīa est ꝗ differūt a seinuice3 sin
gula. i. alique spēs. Et aduerte ꝙ quinta diffi

Intellectus quinte diffinitionis differentie.

nitio ꝗ nō est nisi specificatiua tertie vel quar
te d3 sic intelligi. drīa est quod ꝯducit ad esse
rei. i. ꝯstituit spē3. ⁊ est ꝑs ipsius spēi. nā spēs
methaphisice loquendo ꝯstituit̃ ex realitate
generis ⁊ ex realitate drīe ¶ Secunda diffi-
cultas: quō intelligit̃ ꝙ rōnale ⁊ irrōnale di-
uidunt genus cū aliquod genus sit quod nō

Gen⁹ diuidi dupliciter intelligit̃.

h3 ꝑtes. Rñdet̃ ꝙ genus diuidi pōt intelligi
duplr̄. vno mō diffinitione reali ꝗ est in duas
ꝑtes reales sicut lignū diuidit̃ in duas ꝑtes.
⁊ sic nō est intelligendū ꝙ gen⁹ diuidat̃. alio
mō aliqđ dr̄ diuisibile diuisione logicali. Et
sic dico ꝙ gen⁹ bene diuidit̃ ꝑ rōnale ⁊ irrōna
le diuisione logicali. Unde genus diuidi di-

Quid est genus diuidi diuisiōe logicali.

uisione logicali non est aliud ꝗ genus mani
festari a posteriori quo ad eius cōitatem ꝑ ea
ꝗ important vnam partem eoꝝ que importā
tur per genus: vt aīal diuidit̃ ꝑ rōnale ⁊ irrō-
nale. i. aīal manifestatur quo ad ei⁹ cōitatē ⁊
significationem saltem materialem ꝑ rōnale
⁊ irrōnale. Et sic qñ dicit̃ ꝙ rōnale ⁊ irrōnale
diuidunt aīal sic intelligit̃. i. importāt ꝑtem
eoꝝ que importat aīal de significato materi-
ali. vl' sic. rōnale ⁊ irrōnale diuidūt aīal. i. ma
nifestāt a posteriori cōitatem ⁊ significationē
aīalis. ¶ Tertia difficultas quō intelligit̃ ꝙ
drīa adueniens generi ꝯstituit spēm. Rñdet̃

Quomō intelligitur rationale ⁊ irrationale diuidere animal.

ꝙ differentiam constituere spēm pōt intelligi
duplr̄. vno modo ꝙ ꝓducat spēm. ⁊ sic nō est
intelligēdū. Alio mō ꝙ methaphisicaliter cō
ponat spē3: ita ꝙ spēs componat̃ compositio
ne methaphisica ex realitate potentiali gene
ris ⁊ actuali differentie: ⁊ sic intelligitur. etiā
pōt dici ꝙ differentia adueniens generi ꝯsti-
tuit spēm. i. diffinitionē speciei. Et hec de pri-
mo articulo. Quantum ad secundum

Differentia speciem constituere duplr̄ intelligit̃.

¶ Dubitatur primo vtrū secūda dif
finitio differentie sit conuertibilis cū drīa vt
est vnū de qnq3 predicabilib⁹. ¶ Pro cui⁹ so-
lutione supponit̃ primo ꝙ duplex est differen

Drīa duplex est.

tia. s. generica ⁊ specifica. Unde gñica drīa est
ꝗ ꝯstituit genus ⁊ est conuertibilis cum gñe
sicut sēsibile respectu aīalis dr̄ drīa generica.
S3 drīa specifica est ꝗ ꝯstituit spē3 spālissimā.
⁊ est cōuertibilis cū ipa: vt rōnale est drīa spe
cifica: que constituit hoīem ⁊ est cōuertibilis
cum homine.

Gñica differentia qđ est

Specifica differentia qđ est

Supponit̃ scđo ꝙ iste due drīe
non faciunt duo predicabilia sicut genus ⁊
spēs: quia ipsis conuenit vna specialis rō pre
dicādi. s. in quale essentiale. nā tā generica ꝗ
specifica predicat̃ in quale essentiale. ⁊ sic ille
differentie non faciunt nisi vnum predicabile
differentie. ¶ Et si quis dicat. sicut se h3 pre-
dicari in quid de pluribus drītibus specie re-
spectu predicari in qđ de plurib⁹ drītib⁹ nu-
mero: ita se h3 predicari in quale de pluribus
differētib⁹ spē: respectu ꝑdicari in q̄le de pluri
bus differētib⁹ nūero: s3 ꝑdicari in qđ de plu
rib⁹ differētib⁹ spē ꝯstituit ꝑdicabile aliud ab
illo qđ est ꝑdicari in qđ de plurib⁹ drītib⁹ nu
mero: ergo predicari in quale de plurib⁹ differen
tib⁹ spē ꝯstituet vnū predicabile distinctū ab
illo qđ est predicari in quale de plurib⁹ drīti
bus numero. ⁊ sic drīa gñica ⁊ specifica faciēt
duo distincta predicabilia: sicut genus ⁊ spēs.
¶ Rñdet̃ ꝙ genus ⁊ spēs non tantū differūt
ꝑ hoc ꝙ est ꝑdicari de plurib⁹ differentibus
spē ⁊ de pluribus differentib⁹ numero. sed ꝑ
hoc qđ est predicari in qđ. vñ predicari in qđ
ꝯuenit ipis equiuoce: q2 genus predicat ꝑte3
essentie. spēs ꝟo totū: s3 quale essentiale non
ꝯuenit sic equoce differentie generice ⁊ diffe-
rentie specifice: q2 vtraq3 predicat partem for
malem. ideo non est simile. Et si qs dicat. ꝗ

Que est diffinitio differentie vt est vnu3 predicabile.

est ergo diffinitio drīe vt est vnū de qnq3 predica
bilib⁹. dico ꝙ est ista. drīa est qđ aptū natū est
predicari de plurib⁹ in quale eēntiale: ⁊ talis
ꝯuenit tā drīe generice ꝗ specifice. sicut diffi
nitio vlis in qua dr̄ vle est quod aptū natum
est predicari de pluribus ꝯuenit cuilibet vli.
¶ Ex quo sequitur responsio ad dubiu3. scil3
ꝙ diffinitio differētie data a porphirio nō est
ꝯuertibilis cum differentia vt est tertiu3 pre-

dicabile. imo soluȝ diffinit differētiā gñicam. ¶ Et si qs dicat. ista est falsa. rōnale ē differētia: ꝗ dr̃ia nō est pdicabile. añs ꝓȝ: q: dr̃ia est nomen abstractū qd de nullo pōt denoiatiue predicari. Rñdeṫ ꝙ dr̃ia pōt capi dupliciter. vno mō vt est nomē p̄ie intētionis: ⁊ sic ē abstractū de differens. ꝭ sic nō capiṫ hic. alio mō capiṫ vt est nomē scđe intētiōis: ⁊ sic est ꝯcretū sicut alia noīa q̄nqȝ vlium vt genꝰ species. ¶ Et si qs dicat cōcretuȝ debet habere aliqd abstractū: sed dr̃ia nō hȝ: igitur ⁊c. Respōdeo ꝙ abstracta q̄nqȝ vlium supplētur p aliqua cōplexa vt abstractū de gñe suppleṫ p istud ꝯplexū intētio gñis: ⁊ de spē intētio speciei: de differētia intētio dr̃ie. ¶ Sed restat vna parua difficultas. vtruȝ mortale sit dr̃ia hoīs. vt vr̄ dicere porphiriꝰ. Rñdeṫ ꝙ nō ē dr̃ia hoīs necꝫ alicui alteriꝰ. vñ mortale nō dicit nisi aptitudinē ad dissolutiōēȝ ⁊ corruptiōēȝ. idō nō vr̄ esse nisi aptitudo q̄dā. Itē mortale nō ꝯuertitur cū hoīe: igiṫ nō pōt esse dr̃ia hominis.

Utrū duplex acceptio dr̃ie.

Utrum mortale sit differētia hoīs.

¶ Dubitatur scđo vtrū quelibet quiditas cuiuslibet speciei predicamētalis sit cōposita ex duabus realitatibus: puta ex realitate generis ⁊ differētie. Et videtur ꝙ nō. q: nullum simplex potest esse cōpositū ex pluribus saltem ex natura rei distinctis: sed multe sunt spēs simplices sicut sunt spēs angeloruȝ: igr̃. Itē seqreṫ ꝙ q̄ditas spēi id est illd qd denoiat spēs: esset cōpositū pluribus cōpositionibus: ⁊ etiā ꝙ esset plura cōposita. pȝ ꝯña: q: spēs plura genera includit: ⁊ etiam plures differētias. vt hō includit plꝰa genera ⁊ etiā plꝰes differētias. etiam hō est aial. ⁊ aial est q̄d cōpositū ex realitate sui superioris: eꝰ gorꝫ. Itē si species esset composita ex realitate generis ⁊ differētie: sequereṫ ꝙ genus nō posset predicari de spē: q: esset pars spēi. modo pars nunꝙ predicatur de toto. ¶ Pro solutiōe dubij ponuntur aliqu[e] ꝓpositiōes. Pr̃ia. quelibet spēs predicamentalis ꝯtēta sub gñe est cōposita ex realitate potētiali generis ⁊ realitate actuali dr̃ie: siue talis spēs sit suba mal[e]ialis siue imaterialis: siue suba: siue accñs. sic videlicet ꝙ genꝰ ⁊ dr̃ia nō ipoꝛtāt eūdē ꝯceptū obiectualē supple nec formalē. nā intellectus habēs certitudinē de aliquo ⁊ dubitās de oībus terminātibꝰ illud hȝ aliū cōceptū de illo de quo est certus a ꝯceptibus de qbus est dubius: ꝭ intellectꝰ est certꝰ de aliquo qd ē aial. dubitādo vtrū sit rōnale vel irrōnale. igiṫ habebit ꝯceptū aliū de gñe a ꝯceptu dr̃ie. ¶ Ex quo seqtur ꝙ cū spēs includat illa erit cōposita ex ꝑtib. vnde hō cōponiṫ ex rōnalitate⁊ aialitate. ⁊ est idē realr ipis distinctū tñ formalr ⁊ nō sola rōne. ¶ Scđa ꝓpō: spēs intelligibilis speciei formādo duos conceptus. s. generꝭ ⁊ differētie. nō tñ causat duos actꝰ in intellectu ꝭ causat duas noticias habētes duo obiecta ꝓpria distincta. ⁊ b̄ ita distīcta sicut si illa obiecta eēnt due res extra. q: vr̄ illis duabꝰ noticijs quas hȝ intellectꝰ de genere ⁊ dr̃ia correspōdet aliqd in re vel non. si sic habeo ꝓpositū. si nō: ergo erit aliquid precise fictū. qd est falsum. ¶ Ex quo seqtur ꝙ quelibet essentia vna spē q̄ntūcunqȝ si simplex vt albedo. nata est facere duas noticias qbus in re ex natura rei correspōdent duo obiecta. s. obiectū generis et dr̃ie. ideo quelibet talis cōponitur ex talibus duobꝰ obiectis. ⁊ sic talis essentia nata est facere tres conceptus. vnuȝ sibi adequatum ⁊ alios duos sibi inadequatos. ⁊ tota cā huius ē: quia talis essentia est talis essentia. Dicit etiam aristoteles ꝙ oportet diffinitiōnem esse orationē longam. qd non esset si genus ⁊ differētia importarēt eūdem conceptū. Et aduerte ꝙ sicut spēs potest vnica intellectione concipi ita ⁊ genus: q: sicut minus cōmune vnica intellectiōe nūero cōcipiṫ ita et magis cōmune. Aduerte tamen ꝙ genus potest dupliciter concipi. vno modo primo⁊ per se vt est adequās intellectionē alio modo per se: sed nō primo. q̄ñ cōcipitur in inferioribꝰ in qbus ip̄m includitur. primo modo genus est vnus cōceptꝰ numero sui obiectū: sicut sua intellectio. ꝭ scđo modo illi ꝯceptus sunt multum diuersi: sicut inferiora generis. omnes tamē includūt vnū cōceptū numero nō qui sint vnus numero vt ibi cōcipitur: ꝭ tot numero quot sunt in qbꝰ includiṫ: q: non est alia intellectio circa includēs: ⁊ inclusuȝ: ꝭ dicitur habere vnū cōceptū numero. q: talis natꝰ est esse vnus numero q̄ñ primo cōcipiṫ ⁊ indifferens ad oēs alios cōceptus. ¶ Ad rōnes. Ad primā dr̄ ꝙ non est incōueniens simplex esse cōpositū: compositione realitatū. s. realitate generis ⁊ differētie: vel realitate supioris ⁊ realitate ꝯtrahēte illā realitateȝ supioris. ¶ Similiter ad scđaȝ dr̄ ꝙ nō est incōueniēs aliqd esse aliqua formaliter distincta quoꝝ quodlibet est conceptū ex realitate potētialiṫ actuali seu determināte. ¶ Ad aliam dr̄ ꝙ pars in abstracto nō predicaṫ de toto: tñ bene in ꝯcreto: vt aial potest p̄dicari de hoīe: licet aial nō significet nisi partem hoīs: q: nō rōne sui significati precise p̄dicaṫ de hoīe: sed ꝓpter modū significādi cū sit cōcretū. vnde licet cōcretū ⁊ abstractū idē significēt de significato formali: tñ cōcretū pōt predicari de aliquo de q̄ nō p̄dicaṫ abstractū. ⁊ hoc est: quia cōcretū ꝓpter suū modū p̄dicandi semp dat intelligere totū in quo ē illa pars. vel in quo significatuȝ formale includiṫ. vt caput⁊ capitatū idē significāt. tñ capitatū ꝓpter modū p̄dicādi dat intelligere totū: ⁊ supponit p toto. q̄d tñ est capitatū nisi habēs caput: ⁊ oculatū nisi habēs oculū: ⁊ aial nisi habēs sensuȝ: ⁊ rationale nisi habens aīam rationalem.

An q̄libȝ quiditas spēi p̄dicamental[is] ꝯponatur ex duabꝰ realitatibus.

Propositiones de dubio p̄dicto.

Genꝰ dupliciṫ cōcipi pōt.

¶ Dubitaṫ tertio vtrū differentia sit species. Pro cuius solutiōe supponitur p̄mo ꝙ differētia potest capi dupliciter. vno modo scđe intētionaliter: ⁊ sic dico ꝙ differētia est species vniuersalis. tamē in ordine ad fundamentū cui attribuiṫ est accidēs rōnis: potens

An dr̃ia sit spēs.

Dr̃ia dupliṫ capiṫ.

facere predicabile accidentis. Alio modo capitur pro denolato: puta pro realitate diuidente genus et constituente speciem: et faciente differre speciem a quolibet alio: cuiusmodi est rationale. Et de tali dubium est an sit species. Pro quo supponitur secundo quod duplex est species scilicet subiicibilis et predicabilis. subiicibilis que ponitur directe pro aliquo determinato genere cuiusmodi est homo. et de tali intelligebat dubium precedens: puta quod talis componitur ex duabus realitatibus scilicet ex realitate generis et differentie. et isto modo differentia non potest esse species: cum non ponatur sub determinato genere: neque componitur ex duabus realitatibus: sed importat conceptum simpliciter simplicem. sed predicabilis est que de pluribus numero differentibus in quid predicatur siue ponatur sub determinato genere siue non. et isto modo materia et forma dicuntur species: nam materia predicatur de hac materia et de hac: sicut anima predicatur de hac anima et de illa: et tamen non ponuntur sub aliquo genere. et isto modo posset dici quod differentia esset species predicabilis. vt rationale quod predicatur de hoc rationali et hoc rationali. ¶ Quantum ad tertium articulum sit conclusio risalis ad quesitum. Diuisiones et diffinitiones dicte sunt in textu sufficienter assignate: vt patet in textu. ¶ Ad rationes similiter patet solutio in primo articulo in quo sunt solute ille rationes. Textus.

*Species duplex est.*

¶ Proprium vero quadrifariam diuidunt. nam et id quod soli alicui speciei accidit: sed non omni proprium dicitur: vt homini medicum esse vel geometrem. et quod omni accidit sed non soli quemadmodum homini esse bipedem. Et quod soli et omni et aliquando vt homini in senectute canescere. Quartum vero in quo et omni et soli et semper quemadmodum homini esse risibile.

*Proprii quadruplex diuisio.*

Istud est quartum capitulum huius tractatus in quo porphirius determinat de quarto predicabili scilicet de proprio quod predicatur in quale accidentale per se. Et primo ponit multiplicitatem eius dicens quod proprium dicitur quattuor modis. ¶ Primo dicitur proprium quod conuenit soli speciei et non omni indiuiduo illius speciei: vt esse medicum inest homini et non omni. ¶ Secundo modo dicitur proprium quod inest omni indiuiduo alicuius speciei: sed non soli speciei: vt esse bipedem inest omni homini: sed non soli: quia conuenit auibus. ¶ Tertio modo dicitur proprium quod inest soli speciei et omni indiuiduo supple complexionato correcto sub illa specie: sed non semper: vt canescere respectu hominis cui solum conuenit in senectute. ¶ Quarto modo dicitur proprium quod inest omni soli et semper. vt risibile inest omni homini. et hynnibile equo ¶ Deinde remouet dubium quod cum non semper homo rideat non videtur quod sit semper risibilis. Ad hoc respondet quod homo non dicitur semper risibilis: quia semper actu rideat. sed quia semper est aptus natus ad ridendum. Aptitudo enim ad ridendum naturale est homini: et hinnibile equo. ¶ Consequenter elicit modum proprii quod est predicabile ab aliis distinctum: dicens quod sola propria

*Quadruplex proprii acceptio.*

*Homo est risibilis quando intelligitur. Proprium quod proprie dicitur esse.*

quarto modo sunt proprie propria. quia illa solum conuertuntur cum illis quorum sunt propria: vt hinnibile respectu equi. quicquid enim est hinnibile: est equus et econtra. ¶ Sequitur textus.

¶ Accidens vero est quod adest et abest preter subiecti corruptionem. diuiditur autem in duo. in separabile et in inseparabile.

*Quid est accidens. Accidentis diuisio.*

¶ Istud est quintum capitulum huius tractatus in quo porphirius determinat de quinto predicabili quod est accidens: ipsum sic diffiniens. Accidens est quod adest et abest subiecto preter subiecti corruptionem: vt album. nigrum. Deinde diuidit ipsum dicens quod accidens diuiditur in duo. scilicet in separabile et in inseparabile. nam quia dormire est accidens separabile: sed nigrum esse accidit inseparabiliter coruo et ethiopi. ¶ Consequenter remouet dubium: quia dicit quod accidens adest et abest: nunc autem dicit quod nigrum esse accidit coruo et ethiopi. ideo videtur sibi contradicere. Soluit dicens quod coruus potest intelligi albus et ethiops nitens candore: preter subiecti corruptionem. ¶ Consequenter ponit duas alias diffinitiones accidentis. ¶ Prima est. accidens est quod contingit eidem inesse et non inesse. ¶ Secunda. accidens est quod nec est genus: nec species: nec differentia: nec proprium. semper autem est in subiecto subsistens. Finaliter recapitulat omnia dicta de quinque vniuersalibus dicens quod determinatis omnibus que dicta sunt. scilicet de genere: specie: differentia: proprio: et accidente. Deinde dicendum est de his que sunt communia ad ipsa quinque vniuersalia: puta de communitatibus ipsorum etc.

*Accidens dupliciter diffinitur.*

¶ Queritur vtrum proprium et accidens sint predicabilia ab aliis et a seinuicem distincta et a porphirio sufficienter determinata. ¶ Arguitur primo contra primam partem. quia proprium et accidens non sunt predicabilia: igitur non sunt predicabilia ab aliis nec a seinuicem distincta. Prima pars antecedentis patet: quia omne predicabile est commune: proprium non est commune: igitur. Secunda pars antecedentis patet: quia hoc album et hoc nigrum sunt accidentia: et tamen non sunt predicabilia. cum non possint de pluribus predicari. ¶ Secundo sic. omne proprium est accidens: ergo proprium et accidens non distinguuntur. Antecedens probatur quadrupliciter. primo. quia omne proprium est in secunda specie qualitatis: igitur. Secundo. quia proprium est substantia vel accidens: sed non est substantia: cum habeat esse in subiecto: igitur. Tertio. quia in diffinitione proprii ponitur accidens scilicet conuenit: igitur. Quarto: quia proprii et accidentis sunt eadem subiicibilia: igitur. ¶ Tertio sic. diffinitio proprii conuenit aliis a diffinito: et non conuenit omni contento sub diffinito: igitur non est sufficiens. Prima pars antecedentis patet: quia conuenit colori seu colorato respectu corporis. nam omne corpus est coloratum: et solum corpus est coloratum et semper: igitur etc. Secunda pars patet: quia passiones conuertibiles cum ente: et etiam conuertibiles cum substantia sunt propria. et tamen non accidunt soli speciei: sed pluribus: igitur. ¶ Quarto sic. diffinitio accidentis non conuenit omni accidenti nec soli: igitur non est bona. prima pars patet: quia non conuenit combustioni

*An proprium et accidens sint predicabilia a se et ab aliis distincta.*

et morti q̄ sunt accntia cū nō possint adesse et abesse; preter subi corruptionē. scda pars ptz: q̄ ꝯuenit forme subali: cū ipa possit adesse et abesse preter subi corruptionē. ¶ Q: isto sic. p nullā diffinitionē accntis diffinit̃ aīis in rōne predicabilis. nec silr ppriū: igr̃ ille diffinitiones non sunt bone. aīis patet: quia in nulla illar ponitur aliquid denotās predicationem. ¶ Item secunda diffinitio accntis dat per ꝯdictionem: et tertia p negationē: igr̃ non sunt bone. ¶ In oppositū ē porphi. in textu. In qōne sicut in alijs erunt tres articuli.

¶ Quātū ad primū sciēdū est primo q̄ p declaratione modoꝝ ppriȷ supponit̃ primo q̄ phūs in. i. lib. thopicorum tñ assignat tres modos ppriȷ. s. ppriū ad aliqd sub quo cōprehēdit duos primos modos. et ppriū qñ sub quo cōprehendit tertiū modū. et ppriū simplr̃ sub quo cōprehendit quartū modum.

Triplex modus proprij assignat̃ a pho.

¶ Supponit̃ scdo q̄ ee medicū in primo mō ppriȷ dicit actū: et nō aptitudinē: qz esse medicū sm aptitudinē ꝯuenit ol hol. etiā accipit̃ esse medicū p habēte medicinā p studiū et labores et nō p infusionē: sed esse bipedē in scdo mō dicit aptitudinē et nō actū: qz actu hr̃e duos pedes nō ꝯuenit ol hol: sed bene apto nato hr̃e duos pedes. et canescere i tertio mō in senectute dicit actū et nō aptitudinē: qz tunc est ppriū quarto mō. ¶ Et si qs dicat: ḡ tunc nō ꝯueniret ol hol et soli cū multi sint hoīes q̄ nō senescūt. Rñdet̃ q̄ nō ꝯuenit ol hol simplr̃. i. sub qualibet dīa tpis: sz cū determinatione inportante certū tpus. s. tpus senectutis: vt causescere ꝯuēit ol hol in senectute seu senescenti et bene complexionato. ¶ Causat̃ eñ canicies qñ calor nō pt ꝯsumere humores frigidos et putrefactos pp̄ter nimiā frigiditatē extitem in illo. Et lz alia alalia ab hoīe dicant̃ grisescere: non tamen dicunt̃ canescere: sed ppriū quarto mō importat aptitudinē. ridere eñ est ppriū primo mō hol: qz cōueniat soli et nō ol: cum multi sint hoīes nō ridētes. ops ḡ q̄ dicat aptitudinē: iō dicit porphirius q̄ lz multi hoīes non rideant tñ ols hō apt⁹ natus est ridere. ¶ Ex olb⁹ istis sequit̃ q̄ modi proprij sunt sufficienter assignati a porphirio. quia complectūt̃ modos ppriȷ: quos ponit Aristo. in. i. thopicorum.

Proprij acceptiones.

¶ Sciēdū est scdo q̄ ppriū pōt esse nomen prime intentionis. et sic importat aliquā pprietatē rei. queadmodū dicim⁹ q̄ male loqui est ppriū petro. et sic nō est hic ad ppositū. alio mō accipit̃ vt est nomen secunde intentionis et hoc duplr̃. vno mō large p intentione scda attributa alicui pprie passioni siue illa passio sit limitata siue trāscendens et sic nō est spēs vlis: qz spēs vniuersalis nō attribuitur nisi rebus cognitis limitatis. alio modo accipit̃ pprie et stricte vt importat scdā intentionem attributā passioni pprie limitate et sic est species vniuersalis. et de isto est hic ad ppositū. ita q̄ ppriū vt est spēs vlis attribuit̃ pprijs passionib⁹ limitat̃. cuiusmodi est risibile: sensibile: flebile. ita q̄ quelibet passio limitata dī esse ppriū p denotato. Et aduerte q̄ sicut est duplex dīa. s. generica et specifica: ita duplex est ppriū scz genericū qd ꝯuertit̃ cū genere: et sensibile cū alali. et specificū qd ꝯuertit̃ cū specie vt risibile cum hoīe. Et eodē mō dicendū est de ipis respectu vlis sic dictū ē de dīa gnicat̃ specifica. ¶ Et si qs querat vtrū diffinitio proprij data a porphirio detur de proprio in ratione predicabilis. Respondetur q̄ non: sed magis in ratione pprij vel predicati: vt videbitur in thopicis: sz in ratione predicabilis debet sic diffiniri. proprium est quod predicatur in quale accidētale per se secundo modo. vel intransmutabiliter: quia nō potest vere negari de suis subiicibilibus. et conformiter posset diffiniri proprium genericum et specificum sicut differentia generica et specifica.

Duplex ē ppriuz.

An diffinitio pro priȷ det̃ i rōne predicabilis

Proprij diffinitio in ratiōe predicabilis.

¶ Sciēdū est tertio q̄ circa predicta incidūt alique difficultates. Prima. quomō risibile sit predicabile proprij cū non predicetur de pluribus immediate: qz risibile predicatur de sorte et platone mediante homine. ¶ Respondetur ad hoc duplr̃. primo q̄ non est de rōne pdicabilis q̄ predicet̃ immediate de pluribus: sed q̄ solum predicetur de pluribus siue mediate siue immediate cum nullus tale ponat̃ in eius diffinitione. Alio mō pōt dici q̄ aliquid dicitur predicari de aliquibus immediate duplr̃. vno mō immediatione medij predicādi sic videlicet q̄ inter ipsum et sua subiicibilia nihil mediet qd habeat talez modum predicandi respectu illoꝝ subiicibilium. et sic risibile dicit̃ predicari immediate de petro et guillermo: qz nihil est inter ipm et petrū et guillermū quod habeat talē modū predicādi: scz in quale accñtale et intrāsmutabiliter. Alio modo immediatione cause vel subi: et sic nō predicatur immediate: sed talis medietas non impedit aliquid esse predicabile proprie sumptum. Et si quis dicat proprium debet predicari conuertibiliter de suis subiicibilibus: sed risibile non predicatur conuertibiliter de petro et iohanne: igr̃ etc. ¶ Rñdetur q̄ nō oportet ppriū in rōne predicabilis predicari de suis subiicibilib⁹ ꝯuertibiliter: sz bene in rōne ppriȷ. ¶ Aduerte vlteri⁹ q̄ risibilis pōt capi duplr̃. vno modo vt idē est q̄ potēs ridere. et sic proprie nō est ppria passio hominis cū conueniat alijs ab homine: qz ista cōmuniter conceditur populus est risibilis. et tñ ppl̄us non est hō. alio mō accipitur vt idē est q̄ alal potens vel aptum natum ridere. et sic passio hoīs conuertit̃ cum hoīe. et hoc siue sit terminus ampliatus siue non.

Risibile quō dicit̃ predicabile ppriȷ.

Risibilis acceptiones.

¶ Sciēdū ē qrto q̄ p declaratōe diffinitionū accidentis. ¶ Supponit̃ primo q̄ accidens aliqñ est nomē pme intēnonis va-

Accepto accntis est duplex.

lēs tātū sicut inherēs. ꝛ sic est in determinato genere. s. actionis vel passionis. qꝺ predicat̄ denolatiue de nouē predicamentis puta de q̄titate qualitate: vt ista est mere denoīatiua q̄titas est accn̄s. albedo est accn̄s. ꝛ tales valet tm̄ sicut albedo est inherens. alio mō vt est termin⁹ scꝺe intentionis importans scꝺaꝫ intentionē que attribuit̄ alicui qꝺ sine implicatione pōt separari ꝛ negari de subō. ꝛ sic est hic ad ꝓpositū. ¶ Supponit scꝺo ꝙ adesse et abesse in diffinitione accn̄tis pn̄t capi duplr̄. vno mō phisicalr̄. ꝛ tūc abest idē ē ꝙ separi ꝛ adest idē est ꝙ inherere ꝛ sic nō capit̄ hic. nisi caperet̄ accn̄s ṗme intentionalr̄. ꝛ sic esset sensus accn̄s est forma q̄ pōt inherere ꝛ nō inherere subō. alio modo capitur logicalr̄: ꝛ tunc adest idem est ꝙ affirmari ꝛ abest idem est ꝙ negari. ꝛ sic capit̄ h̄. ita ꝙ ē sensus. accn̄s est vl̄e qꝺ adest ꝛ abest subō. i. sine implicatione pōt affirmari ꝛ negari de subō preter subi corruptionē. i. sine repugnantia subi vel subō nō designāte suppōnē. i. dato ꝙ subm̄ supponat sicut pri⁹ ante separationē accn̄tꝫ suppōebat. Et siq̄s dicat. si ista diffinitio esset bona seq̄ret ꝙ nullū accn̄s esset inseparabile cū qꝺlibet sine implicatione pōt separari. i. negari a subō. R̄ndet̄ negādo ꝯn̄am ꝛ rō est: q̄ accn̄s non d̄r inseparabile quia non possit simplr̄ abesse seu separari vel negari de subō: sed q̄ naturalr̄ ꝛ ſm cōem cursum nature nō pōt vere negari ꝛ separari a subō. silr̄ dꝫ intelligi scꝺa diffinitio accn̄tis. Sꝫ de tertia d̄r ꝙ nō datur ꝑ purā negationē cū talis negatio presupponat affirmationem. s. vl̄e ita ꝙ est sensus. accidens est vl̄e qꝺ nec est genus: spēs: differētia: nec ꝓpriū. Et silr̄ dꝫ dici de multis alijs diffinitionib⁹ in quib⁹ pōit̄ negatio: puta ꝙ tales negationes presupponunt positiuū. Ex oib⁹ istis diffinitionib⁹ pōt elici diffinitio accn̄tis in rōne predicabilis sic. Accidens est qꝺ accidentaliter ꝛ transmutabiliter predicatur de pluribus: vt albū nigrū. Ex q̄ sequit̄ ꝙ multa sunt q̄ dicunt̄ accidentia q̄ nō faciūt vl̄e accidentis: vt hoc album hoc nigrū. Et hec de primo articulo. Quantum ad secundum

Adesse ꝛ abesse in accidētis diffinitione acceptiones.

Accn̄tis in ratiōe predicabilis diffinitio.

¶ Dubitatur primo vtrū aliqꝺ accidens sit separabile ꝛ aliqꝺ inseparabile. Pro solutione supponit̄ ꝙ aliquod accidens dicit̄ posse separari a subiecto dupliciter. vno mō ꝙ possit esse ꝛ existere sine subiecto: sic videlꝫ ꝙ ex̄ït ꝛ nō sit in subō. tūc dico ꝙ nullū accidēs siue absolutū siue respectiuum pōt separari a subō naturalr̄ neq̄ faciliter neq̄ difficiliter. vn̄ nullū est ens creatū qꝺ possit facere aliqꝺ accn̄s sine subō. Dico scꝺo ꝙ oē accidens absolutū pōt sic separari a subiecto ꝑ potentiaꝫ diuinam. nam deus pōt facere ꝙ quodcunq̄ accidens absolutū esset ꝛ existeret sine subō. ꝛ dicitur notanter absolutum: q̄ deus non pōt sic separare accidens respectiuum saltēꝫ a suo fundamento vt non posset deus separare paternitatē a petro ip̄a remanēte. neq̄ similiter dinē ab albedine. ꝛ hoc est propter dependentiam vel exigentiam qua n̄ hꝫ accn̄s respectiuum ad suum fundamentum: vel propter idētitatem realem quā hꝫ cum actuali inherentia. alio mō accn̄s potest separari a subiecto: q̄ pōt destrui subiecto remanente vel saltem subm̄ pōt esse sine eo. ꝛ sic dico ꝙ multa sunt accidentia separabilia per naturam: q̄ agēs naturale potest multa accidentia destruere subiecto: vl̄ subiectis coꝝ remanētibus: ꝛ sic capitur separabile in diuisione accn̄tis. Dico tertio ꝙ deus pōt sic separare omne accn̄s realiter distinctū a subiecto vel fundamento siue sit absolutum siue respectiuum: vt potest deus sic separare paternitatem a petro ꝙ corrumpendo filium petri corrumpit paternitatem ipsius petri. ¶ Supponitur secundo ꝙ accn̄s d̄r etiaꝫ inseparabile duplr̄. vno mō: q̄ non pōt existere sine subiecto vl̄ fundamēto: ꝛ sic omne accn̄s d̄r inseparabile quo ad potentiā naturalē: q̄ nullū est agens naturale vel creatū qꝺ possit facere accidens existere sine subiecto. tn̄ quo ad potentiā supnaturaleꝫ solū accidentia respectiua dn̄r inseparabilia saltē a suo fundamento: q̄ de⁹ nō pōt sic ea separare a fundamento. alio mō d̄r inseꝑabile: q̄ non pōt destrui subiecto remanēte: ꝛ sic dico ꝙ naturaliter ꝛ ſm cōeꝫ cursum nature aliqua sunt inseparabilia: vt nigredo corui: albedo cigni. q̄ ſm cōem cursum nature nō possūt sic separari a subiecto: sed quo ad potentiam supnaturalem nullum est accidēs siue absolutum siue respectiuum distinctuꝫ a subiecto vel a fundamento quod dicatur sic inseparabile: pōt tn̄ accn̄s separari a subiecto vel non separari: capiendo separari: vel inseparari logicaliter. vn̄ illꝺ d̄r separari logicaliter quod sine ꝯdictione pōt vere negari de subō. Sed illud d̄r inseparabile a subiecto qꝺ vere non pōt negari de subiecto ſm cōem cursum nature. ꝛ sic aliqua sunt īseparabilia: vl̄ q̄ simplr̄ non possunt negari de subiecto per quācunq̄ potentiam: ꝛ sic nulla sunt inseparabilia.

An sit aliqꝺ accidēs separabile ꝛ aliud inseparabile.

Accn̄s posse separari a subiecto dupliciter intelligitur.

Accidēs dicitur inseparabile duplr̄.

Quid dicitur separari logicaliter.

Quid dicatur inseparabile a subō.

¶ Dubitatur secundo vtrū inherētia distinguat̄ realiter ab accidente. Pro cui⁹ solutione supponit̄ ꝙ accidens vt est nomē prime intentionis pōt capi duplr̄. vno mō ꝑ ꝑ se signato: ꝛ sic idē ē ꝙ inherēs. ꝛ sic nō q̄rit q̄stio: q̄ tūc accn̄s est ip̄mmet īherēs: ꝛ accn̄talitas est ip̄amet inherētia. Alio mō capit̄ ꝑ denominato. i. ꝑ illo qꝺ denoīat̄ accn̄s cmōi est q̄titas qualitas: ꝛ sic de alijs. ꝛ ꝓ isto est h̄ ad ꝓpositū. ita ꝙ dubiū nō vult nisi vtrū inherētia qua albedo vl̄ nigredo vel aliquod aliud accn̄s d̄r inherere sit res distincta ab ip̄a albedine vel nigredine. ¶ Supponit̄ secundo ꝙ inherentia qua aliquod accidens dicit̄ inherere subō vel fundamento est duplex. s. actualis vna accidēs actualiter dicit̄ inherere suo subiecto. ꝛ de tali ponunt̄ alique ꝓpositiōes. Prima. inherentia actualis qua accidēs absolutuꝫ actualr̄ d̄r inherere subiecto est realiter

An inherentia distingnat̄ realiter ab accidēte.

Accn̄s ṗme intentionis capitur dupliciter.

Inherentia est duplex.

distincta ab illo accidēte absoluto: vt inherē tia qua albedo actualiter dr̄ inherere subō di stinguitur realr̄ ab albedine: qr talis albedo p̄ potētiā diuinā pōt eē sine tali inherētia: vt p3 in sacramēto altaris vbi est sine inherentia actuali ad subiectum. Scda ppositio. inherētia actualis q̄ aliqd accns respectiuum dr̄ actualiter inherere suo fundamēto est eadem realr̄ cū tali accidēte respectiuo vt inherētia q̄ paternitas inheret sorti ē eadē realr̄ ipi paternitati. ideo īplicat paternitatē esse ꝛ nō actualiter inherere. ¶ Ex quo seqtur q̄ cū q̄libet ī herētia sit accidēs respectiuū ipa nō inheret alia inherētia: sed ipamet inheret. Seqt̄ scdo q̄ q̄libet relatio ī creaturis ē suamet accidentalitas vel īherētia ad suū fundamētū: vt silitudo vel paternitas ē semetipa īherētia: alia est inherētia aptitudinalis per quā accns dr̄ aptū natū īherere vel accidere: ꝛ dr̄ tali dico q̄ ois īherētia aptitudīalis ē eadē realr̄ illi cui⁹ ē īherētia: vt īherētia: q̄ albedo nata ē īherere subō ē eadē realr̄ ipi albedini ꝛ silr̄ dr̄ d̄ alijs.

¶ Dubitat̄ tertio vtrū ppria passio distinguat̄ realr̄ ab illo cui⁹ ē passio. Pro cui⁹ solutōe supponit̄ pmo q̄ duplices sunt passiones. q̄dā sūt disiūcte q̄ cōponūt̄ ex duob⁹ cū piunctione disiūctiua: vt necessariū vel ptingens respectu entis: vt omē ens est ptingens vel necessariū: ꝛ de talib⁹ nō q̄rit dubiū. alie sunt simplices q̄ nō ipoztātur p disiūctiōe3: s3 p terminū simplicē vel p aliqd supplēs. vt risibile flebile. ꝛ sic de alijs. ꝛ iste sūt mltiplices. quedā sunt trāscēdētes ꝛ puertunt̄ cū ente vt vnū bonū verū. q̄dā sūt limitate ꝛc ꝛ iste sunt adhuc multiplices. q̄dā puertunt̄ cū gn̄e gn̄alissimo vt susceptibile ptrarioꝝ respectu substātie. quedā puertunt̄ cū gn̄e subalterno: vt sensibile cū aīali. ꝛ q̄dā cū spē spālissima vt risibile cū hoīe ꝛ de talib⁹ solū est hic ad ppositū. ¶ Supponit̄ tertio q̄ passio simplex non est aliud q̄ aptitudo seu respect⁹ aptitudinalis ad aliqd: vt risibile formaliter nō ipoztat nisi aptitudinē seu respectū aptitudīalē ad risū: ꝛ silr̄ dicat̄ de oīb⁹ alijs passionib⁹. ¶ Aduerte tn̄ q̄ passio aliqñ accipit̄ p accnte naturaliter ꝛ extrinsece pnte cōplexionē vel naturā alicui⁹: quēadmodū dicimus q̄ frigiditas est passio aque: ꝛ caliditas est passio ignis. s3 de talib⁹ nō querit dubiū. ¶ Istis suppositis dr̄ pmo q̄ q̄libet ppria passio simplex ꝛ pprie dicta est eadē realr̄ cū illo cui⁹ ē passio l3 tamē formaliter distinguat̄. Scdo dr̄ q̄libet ppria passio simplex pprie dicta est in eode3 pdicamēto cū illo cui⁹ est passio saltē reductiue: vt risibile est in illo pdicamento cui⁹ est hō: s3 vt magis appareat pbat̄ pmū dictū. Pmo sic. aliq̄ ppa passio ē eadē realr̄ cū suo subō ergo oīs: qr eadē ratio videt̄ esse de vna ꝛ de oīb⁹. añs p3: qr vnū qd est ppria passio entis ē idē realiter enti: vt vult Aristoteles q̄rto methaphisice. Scdo sic. illō qd scit necessario inesse alicui subō. ita q̄ oppositum eius inesse sit de

An ppa passio distiguatur realr̄ ab absoluto cuius est passio.

Duplices sūt passiones.

Passio simplex quid sit.

subiecto implicat. est idē realiter illi: sed q̄libz ppria passio scitur necessario inesse suo subiecto sic q̄ implicat cōtradictionem oppositum sibi inesse: igitur. mioz pbatur: quia si ppria passio non sciretur necessario inesse suo suboz sequeretur q̄ cōclusio demōstrabilis esset cōtingens ꝛ q̄ sciētia esset de ptingētibus: igit̄. Sed ptra illud pmū dictum arguitur: omē qd scitur inesse alicui p aliqd medium distinguitur realiter ab eo de quo scitur: sed ppria passio scitur inesse suo subiecto p medium. i. per diffinitione3 subiecti: igitur. maioz patet: qr aliās idē sciretur esse in seipso ꝛ de seipso. Scdo sic. ois causa realiter distinguitur a suo effectu: sed subiectum est causa sue passionis: igitur. ¶ Tertio sic. quicquid est in aliquo instāti in quo non est aliud est distinctum realiter ab eo: sed subiectum est in aliquo pzioꝛi instāti nature in quo nō est sua ppria passio: igit̄. Quarto sic. quicquid potest a nobis intelligi a deo potest produci: sed subiectum potest intelligi sine sua passione: igit̄ deus pōt producere subiectum sine passione. ¶ Ad istas rationes respondetur pmo ad pmā negando maiorem: ꝛ ad pbatione dr̄ q̄ non est incōueniens ide3 realiter distinctū tn̄ formaliter sciri de seipso. Ad scdam dr̄ q̄ l3 subiectum sit cā passionis inesse cognito nō tamē in esse reali. Ad tertiam dr̄ negando maioze3: qr esse pri⁹ natura alio non est aliud q̄ ab illo nō cōuerti subsistendi consequētia: vel qr illi q̄tū est de se non repugnat esse sine illo posterioꝛi. vñ homini q̄tum est de se nō repugnat esse sine risibili: tamē simpliciter sibi repugnat ppter idētitatem realem quā h3 cum illo posterioꝛi puta cum propria passione. Et si quis querat an homo in illo pmo instāti seu pzioꝛi nature in quo precedit risibilitate3 sit risibilis vel nō. Respōdeo q̄ in illo instāti nō est risibilis neq̄ nō risibilis. Et si qs dicat: ergo duo cōtradictoria vere negabūtur de aliquo. Respōdeo q̄ l3 duo contradictoria absolute sumpta non possint vere negari de aliq̄: tn̄ bn̄ sumpta cū aliquibus determinationib⁹: vt cum ista determinatiōe in pmo instāti q̄ditatiue p se pmo modo. Ad quartā dr̄ q̄ maioz est simpliciter falsa. nā intellect⁹ noster pōt aliqua intelligere q̄ deus nō potest pducere: cuiusmodi sunt impossibilia. Et hec de scdo articulo.

¶ Quātū ad tertiū sit cōclusio respōsalis. propriū ꝛ accidēs sunt predicabilia ab inuicem distincta sufficienter diffinita et assignata a porphirio: vt patet i pmo articulo. ¶ Ad rationes. Ad pmam dicitur negādo antecedens p vtraq̄ parte. ꝛ ad probatione3 pme partis dicitur q̄ proprium bene est pprium respectu speciei cū qua cōuertitur. est tn̄ cōe respectu suoꝝ subiectiuoꝝ. vel pōt dici q̄ pprium aliquādo capit̄ p singulari: ꝛ sic pprium nō esset cōmune. Ad secundā ptem dicitur q̄ licet accidēs singulare sicut hoc album nō sit pdicabile: tamē bene accidens cōiune

Cōclusio respōsalis de pro et accidēti.

ꝯcretiue designatū. Ad scdam dr̄ negādo antecedēs. Ad ꝓbatiões dico pmo ꝙ ꝓpriū est bñ accñs ꝑ se: ꝫ nō accñs ꝑ accñs. Dico etiā ꝙ non oē est in scda spē q̄litatis. Dico tertio ꝙ nō est substātia formaliter. Dico quarto ꝙ in diffinitione ꝓprij ponitur accidens large captum ⁊ nō spāliter. Dico quinto ꝙ ꝫ ꝓprij et accidētis sint eadem subijcibilia. tamē ꝓpter hoc nō seq̄tur q̄n non sint distincta vniuersalia cum vlia non distinguātur ex parte subijcibilium. ¶ Ad tertiam negaꝛ añs ꝑ vtraq̄ sui parte. Ad primam ꝓbationē dico ꝙ hoc non sufficit sed requiritur ꝙ ꝑ se sibi ꝯueniat ⁊ intransmutabiliter. Et ad scdam ꝓbationē dr̄ ꝙ sicut ens non est ꝑdicabile ꝓprie dictuꝫ neq̄ eius passiones. ¶ Ad quarta dr̄ negando añs. Ad pmā ꝓbationeꝫ patet solutio ex dictis. Ad scdam ꝓbationē negaꝛ añs: nam in diffinitiōe accñtis subiectū debet accipi ꝑ ente cōpleto ⁊ perfecto cuiusmodi non est materia. Etiam forma non inest materie oīmode sicut accidens subo. ¶ Ad quintam patet solutio i p̄rio articlo. ¶ Seq̄tur text⁹.

Commune q̄dē est oībus de plurib⁹ ꝑdicari: sed gen⁹ q̄dem de speciebus et indiuiduis: et drīa silr̄. spēs aūt et de his que sub ipsa sunt indiuiduis.

Cōuenientia ⁊ differētia q̄nq̄ ꝑdicabilium.

Iste est scdˢ tractat⁹ hui⁹ libri in quo porphirius ponit cōueniētias ⁊ differētias quinq̄ predicabiliū adinuicē. Et diuiditur iste tractatus in q̄tuor capl'a. in pmo ponit vnam cōuenientiā gnālem q̄nq̄ vlium dicens ꝙ cōmune est q̄nq̄ vlibus de plurib⁹ i. de multis ꝑdicari ꝗuis genus de magis multis predicetur. hāc cōclusionē ꝓbat inductione ⁊ exemplo. inductiue sic: quia genus de spēbus ⁊ de indiuiduis earuꝫ ꝑdicatur. Silr̄ ⁊ differētia. spēs autem de indiuiduis que sunt sub ipsa. proprium ꝟo de spē cuius est ꝓpriū ⁊ de oībus eius indiuiduis. ⁊ accñs de spēbus ⁊ indiuiduis. exemplo ꝓbat: nā aīal qd̄ est gen⁹ de equis et de bobus q̄ sunt species ꝑdicaꝛ et de hoc equo ⁊ de hoc boue q̄ sunt īdiuidua. irrōnale etiam qd̄ est differētia ꝑdicatur de equis ⁊ bobus ⁊ de his que sunt particulares equi ⁊ boues: homo qui est spēs de ꝑticularib⁹ hoībus ꝑdicatur. ⁊ risibile qd̄ est ꝓpriū de hoīe ⁊ de ꝑticularib⁹ hoīb⁹ ꝑdicaꝛ: ꝫ nigrū qd̄ est accidēs insepabile corui de spē coruoꝝ ⁊ de ꝑticularib⁹ coruis ꝑdicaꝛ. mouere aūt qd̄ est accidēs sepabile de hoīe ⁊ equo predicatur. vñ accidēs ꝑdicatur tam de spēbus q̄ȝ de indiuiduis: ꝫ primo et principaliter de indiuiduis. scdo de spēbus q̄ ꝯtinet indiuidua cuius oppositū est de ꝓprio.

Tractat⁹ diuisio.

¶ Seq̄tur textus.

Gñis cōparatio ad alia ꝑdicabilia

¶ Cōmune est autē generi ⁊ drīe ꝯtinētia spērū: ꝯtinet. eñ ⁊ differētia species ⁊ si non omnes quot genera.

Istud est secūdū capitulū huius tractat⁹ in quo ꝯparat genus ad alia ꝑdicabilia penes cōuenientias ⁊ drīas, ⁊ diuidiꝛ i nouē ptes. in prima cōparat gen⁹ ad drīaꝫ penes ꝯueniētias ponēs tres ꝯueniētias gñis ⁊ drīe. q̄ꝝ pma ē. tā gen⁹ q̄ȝ drīa ꝯtinēt plēs spēs ꝫ gen⁹ plures cōtineat q̄ȝ drīa ei⁹ diuisiua: vt rōnale nō cōtinet irrōnale q̄ tñ ꝯtinet aīal qd̄ ē gen⁹. ¶ Scda ꝯueniētia. sicut q̄cūq̄ ꝑdicāꝛ d̄ gñe: vt gen⁹ supple ꝑ se et eēntialr̄ etiā ꝑdicanꝛ de spēbus q̄ sunt sub gñe. ita etiā quecūq̄ ꝑdicātur de drīa vt drīa etiā ꝑdicāꝛ de oīb⁹ cōtētis sub ea: vt substātia corp⁹: corp⁹ aīatū nō soluꝫ predicanꝛ de aīali: ꝫ etiā de spēbus ei⁹: ⁊ de īdiuiduis specieꝝ. silr̄ vti rōne predicaꝛ de rōnali. etiā predicaꝛ de spēbus cōtentis sub rōnali. vnde predicari de gñe inq̄ȝtū gen⁹. et de drīa inq̄ȝtū drīa est predicari essentialr̄ et ꝑ se de gñe ⁊ drīa. ¶ Tertia ꝯueniētia. sicut interēpto gñe destruunꝛ oēs spēs q̄ sub ipo sunt: sic drīa destructa: destruūtur oīa sua īferiora. vt non sit aīal nō est equus neq̄ hō. ita si non sit rōnale nō erit aīal qd̄ vtitur ratione. Et ꝑ hoc habeꝛ ꝙ argumentū valet negatiue tam a gñe ꝙ a differentia ad eoꝝ inferiora. ¶ In scda parte huius capituli cōparat gen⁹ ad differentiā penes sex differētias. prima est gen⁹ predicatur de pluribus q̄ȝ differētia qd̄ declarat per exempluꝫ: quia aīal predicaꝛ de equo: hoīe: ⁊ boue: ⁊ serpēte. q̄drupes eñ qd̄ ē differētia eius diuisiua solū predicatur de habētibus quattuor pedes. ¶ Scda differētia est. gen⁹ ꝯtinet drīas in potestate: sed nō ecōtra. vt aīal continet istas duas drīas. s. rationale ⁊ irrōnale. ¶ Tertia differentia: gñа sunt naturaliter ꝑora differētijs diuisiuis eoꝝ. ideo destructo genere destruūtur omnes differētie eius. vt destructo aīali destruūtur rōnale ⁊ irrōnale. ꝫ nō ecōtra. ¶ Quarta drīa. gen⁹ predicaꝛ in q̄d: drīa ꝟo in quale. ¶ Quinta differētia. vni⁹ spēi est tñ vnū gen⁹. ſm tñ illud gen⁹ ꝑñt eē multe drīe eiusdeꝫ spēi. vt hoīs ꝫ hoc gen⁹ aīal sunt plēs drīe. s. rōnale mortale ⁊ bipes. ¶ Sexta drīa. gen⁹ hꝫ modū materie in ꝯstōne spēi. drīa modū forme: ⁊ ꝫ sint alie conueniētie ⁊ differētie gñis: ⁊ drīe tñ q̄ dicte sunt sufficiūt. In tertia pte hui⁹ capituli ꝯparat genus ad spēm ponēs tres conuenientias ipius gñis ⁊ spēi. Prima. tā gen⁹ q̄ȝ spēs ꝑdicatur de pluribus. Scda. tā gen⁹ q̄ȝ spēs sunt priora his de q̄b⁹ predicantur. Tertia. vtrūq̄ est quoddā totū respectu suoꝝ īferioꝝ. s. totū vle. ¶ In quarta pte huius capituli cōparat gen⁹ ad spēꝫ penes differentias assignans sex differētias inter speciem ⁊ genus. Pria gen⁹ ꝯtinet spēm sub se: ⁊ nō ecōtra. Scda q2 gen⁹ natura est prius spē. qd̄ ꝓbat: q2 opꝫ gñа preiacere et ipa deteriata de specificis differētijs spēm ꝯstituere. Scdo: q2 interēpto gñe interi

Genus ⁊ drīe in tribus cōueniunt.

Genus ⁊ drīa i sex differunt.

Genus ⁊ spēs i tribus ꝯueniunt.

Genus ⁊ spēs i sex differunt.

mitur spēs: ſʒ nō ecōtra. Tertia differētia. poſita ſpecie ponit̃ genꝰ ꝛ nō ecōtra: vt ſi hō eſt aial eſt: ſʒ nō ecōtra. Quarta. genus ꝑdicatur de ſpeciebꝰ vniuoce ꝛ nō ecōtra. Quīta. genꝰ abūdat a ſpeciebꝰ: qꝛ ꝯtinet plures ſpēs. ſpēs autē nō ꝯtinet ſpēs: ſʒ idiuidua. Sexta. ſpēs nunꝗ̃ pōt eſſe gn̄aliſſimum: ſʒ bn̄ ſpāliſſimū. genꝰ ꝟo nunꝗ̃ pōt eſſe ſpāliſſimum: ſʒ bn̄ generaliſſimū.

*Genus ꝛ ꝓpriū in tribꝰ cōueniūt.*

In q̄nta pte huius capl'i cōparat genꝰ ad ꝓpriū penes ꝯueniētiā dicēs ꝙ tres ſunt ꝯueniētie generꝭ ꝛ ꝓpriꝭ. Pria. tam genꝰ ꝗ̃ ꝓpriuʒ ſequūtur ea quoꝝ ſunt ſcʒ ſpēʒ: vt ſi hō eſt: aial eſt. ꝛ ſi hō eſt: riſibile ē. Scda. genꝰ ꝛ ꝓpriū equaliter ꝑdicātur ꝛ ꝑticipātur a ſuis inferiorībꝰ ꝛ nō ſm magiſ ꝛ minꝰ. ſicut eñ hō ꝛ bos ſunt eq̄liter aial. ita ſortes ꝛ plato eq̄liter ſunt riſibile. Tertia. tā genus ꝗ̃ ꝓpriū predicātur vniuoce de ſuis inferiorībꝰ.

*Genꝰ ꝛ ꝓpriū in q̄nqꝫ driñt.*

In ſexta pte cōparat genꝰ ad ꝓpriū penes q̄nqꝫ differētias. Prima. genꝰ eſt prius ꝓprio: qꝛ genꝰ eſt prius ſpecie: ꝛ ſpēs eſt prior ꝓprio: igit̃. Scda. genus ꝑdicatur de pluribꝰ ſpeciebꝰ. ꝓprium ꝟo tm̄ de vna ſpecie. Tertia. ꝓpriuʒ predicatur ꝯuerſim de eo cuius eſt ꝓprium. genus ꝟo non ꝑdicatur ꝯuerſim de illo cuiꝰ eſt genꝰ. Quarta. ꝓpriū ineſt oī ſoli ꝛ ſemꝑ. genꝰ ꝟo nō ineſt ſoli. Quinta. ꝓpriū deſtruit̃ ad deſtructionē ſpēi: ꝛ nō ecōtra: ſʒ genꝰ nō deſtruit̃ ad deſtructōēʒ ſpēi.

*Genꝰ ꝛ accidens in vno cōueniūt.*

In ſeptīa pte cōparat genꝰ ad accidēs penes vnā ꝯueniētiaʒ q̄ talis eſt. cōe eſt generi ꝛ accidēti de pluribꝰ ꝑdicari. accñs eñ ſiue ſit ſeꝑabile ſiue iſeꝑabile de pluribꝰ predicat̃.

*Genꝰ ꝛ accidens in quattuor differūt.*

In octaua pte comparat genꝰ ad accidēs penes quattuor driās. quaꝝ pria eſt. genꝰ eſt prius. accidēs ꝟo poſterius: qꝛ accidēs eſt poſteriꝰ ſpecie ꝛ īdiuiduis. genꝰ ꝟo eſt prius. Secūda. qꝛ genera ꝑticipātur eq̄liter ꝛ nō ſm magiſ ꝛ minꝰ. accidēs aūt intēſionēꝛ remiſſionē ſuſcipit. Tertia. accñtia ꝑmo ꝛ ꝑncipal'r inſunt indiuiduis. gn̄a ꝟo ſpēbus. Quarta. genꝰ ꝑdicatur in q̄d. accidens ꝟo in quale. interrogatꝰ eñ qualis eſt ethiops ꝯueniēter rñdet ꝙ eſt niger.

*An alioꝝ q̄ttuor ꝑdicabiliū quattuor ſint cōparatōēs ſicut ꝛ gn̄is.*

In nona parte remouet vnā dubitatōēʒ circa ꝑcedētia ꝛ ſequētia. cū ʒ eñ ſunt q̄ttuor cōparationes generꝭ. dubitaret aliq̄s an alioꝝ q̄ttuor ꝑdicabiliuʒ ſint quattuor cōꝑatiōēs ſicut ꝛ generꝭ ad alia q̄ttuor ꝑdicabilia: ita ꝙ ſint viginti. Rñdet ꝙ q̄ttuor ſūt cōparatōēs gn̄is ad alia q̄ttuor ꝑdicabilia. differētie ꝟo tres ſcʒ ad ſpēm: ꝓpriuʒ: ꝛ accidēs. ſpēi due ſcʒ ad ꝓpriū ꝛ accidēs. Cōparationes ꝟo eius ad genꝰ ꝛ driam nūerate ſunt qñ genꝰ ꝛ dria cōparātur ad ipſam ſpēm: ſed ꝓpriꝭ ſolū eſt vna cōꝑatio ſcʒ ad accidēs: qꝛ cōꝑatiōēs eius ad alia tria dicte ſunt cum predicta tria ad ipm ꝓpriū cōparātur. accidētis nō eſt ꝯparatio qua cōparatur ad alia q̄ttuor: ideo ꝯcludit ꝙ ſumptis q̄ttuor cōparatiōibus generis ad alia q̄ttuor: videlʒ tribꝰ differētie duabus ſpēi cum vna ꝓpriꝭ nō ſunt niſi decē cōꝑationes ꝑdicabilium.

Sequitur textus.

*Cōparatio driē ad alia tria ꝑdicabilia.*

Cōe ꝟo eſt differētie ꝛ ſpēi eq̄liter participari. hoīe eñ equal'r ꝑticipāt ꝑticulares hoīes ꝛ rōnali differētia.

*Differentia ꝛ ſpēs i duobꝰ cōueniūt*

Iſtud eſt tertiuʒ capl'm huiꝰ tractatꝰ in quo porphiriꝰ ponit cōparatiōēs drīe ad alia tria ꝑdicabilia. Et diuidit̃ in ſex ptes. In pria ponit duas ꝯueniētias drīe ꝛ ſpēi. quaꝝ pria eſt. dria ꝛ ſpēs equal'r participātur ꝑ ſe a ſuis inferiorībꝰ. Scda. ſpēs ꝛ dria ſemꝑ aſſunt his que ipſa ꝑticipāt. ſemꝑ eñ ſocrates eſt rōnalis ꝛ hō.

*Dria ꝛ ſpēs in q̄ttuor differunt*

In ſcda pte cōparat driam ad ſpeciē penes q̄ttuor drias. quaꝝ pria eſt. dria ꝑdicatur in quale. ſpēs ꝟo in q̄d. Scda. dria ſepe reꝑitur in pluribꝰ ſpeciebꝰ: vt quadrupes in pluribꝰ aialibus ſpecie differētibꝰ. ſpēs ꝟo in ſolis indiuiduis que ſunt ſub ipſa. Tertia. dria eſt prior ſpecie ꝛ nō econtra: vt rōnale eſt prius hoīe: qꝛ rōnali interempto interimitur homo: ſʒ nō ecōtra: cū adhuc ſit deus q̄ eſt rōnalis. Quarta. vna dria ꝯcurrit cū alia ad cōſtitutionē vniꝰ ſpeciei ſicut rōnale ꝛ mortale ad ꝯſtitutionē hoīs: ſʒ vna ſpēs nō cōponit̃ alteri: vt ſimul generet vnam aliam ſpeciem. Circa hoc mouet vnā obiectionē dicēs ꝙ ꝗ̃uis equa cuidā ꝑticulari aſino ꝑmiſceatur ad muli gn̄ationē: tñ equa ſimpl'r. i. in cōi nō ꝯcurrit cū aſino in cōi ad generādum mulū.

*Dria ꝛ ꝓprium in duobꝰ cōueniūt.*

In tertia pte cōparat driaʒ ad ꝓpriū ꝑ duas ꝯueniētias. Prima. dria ꝛ ꝓpriū equaliter ꝑticipātur ꝛ nō ſm magiſ ꝛ minꝰ. Scda. ꝙ ſemꝑ aſſint illis de q̄bus ꝑdicātur. Ubi remouet dubiū dicēs ꝙ ꝗ̃uis bipes truncetur: tñ ſemꝑ manet aptitudo ad habēduʒ duos pedes.

*Dria ꝛ ꝓprium in duobꝰ differūt.*

In quarta pte cōparat driaʒ ꝛ ꝓpriū penes duas drias. Pria. dria dr̄ de pluribꝰ ſpēbus vt rōnale de hoīe ꝛ de deo. ꝓpriuʒ ꝟo de vna ſola ſpē cuiꝰ eſt ꝓpriū. Scda. dria ſeq̄tur ad ſpēm ꝛ nō ꝯuertibiliter. ꝓprium ꝟo ꝯuerſim ꝑdicatur de eo cuiꝰ eſt ꝓprium.

*Dria ꝛ accidens in duobꝰ cōueniūt.*

In quinta pte cōparat driam ad accidēs penes duas ꝯuenientias. Prima. vtrūqꝫ ꝑdicatur de pluribꝰ. Secūda. accidēs inſeꝑabile ſemꝑ adeſt illi cuius eſt ſicut differētia.

*Dria ꝛ accidēs i tribꝰ differūt.*

In ſexta parte comparat differentiam ad accidēs penes tres differentias. Prima. differētia continet ſpecies ꝛ non continetur. accidētia ꝟo continent eo ꝙ ſunt in pluribus: ꝛ ꝯtinētur eo ꝙ ſubiecta nō ſolū ſunt ſuſceptiua vniꝰ accidētis: ſʒ pluriū. Secūda. differētia non eſt intenſibilis nec remiſſibilis. accidentia ꝟo ſuſcipiunt magis et minus. Tertia. differentie contrarie ſunt impermixte. non enim ꝑmiſcentur in eadem ſpecie cuius ſunt differentie: ſed accidentia contraria bene poſſunt permiſceri in eodem cuius ſunt accidentia.

Sequitur textus.

*Cōparatio ſpeciei ad ꝓprium.*

Speciei aūt ꝛ ꝓpriꝭ cōe eſt de ſe inuicem ꝑdicari. nā ſi hō eſt: riſibile eſt. ꝛ ſi riſibile eſt: homo eſt.

Spēs ꝛ ꝓprium in duob⁹ cōueniūt.

Spēs ꝛ ꝓprium in quattuoꝛ differūt.

Istud est quartū capitulū in quo cōparat spēm ad ꝓpriū. ꝛ diuidit in duas ptes. In pria cōparat spēm ad ꝓprium penes duas ꝯueniētias. quaꝝ pria est. spēs ꝛ ꝓprium p̄dicātur de semuicem cōuertibiliter, vt si hō est: risibile est. ꝛ ecōtra. Scda. spēs ꝛ ꝓpriū equaliter ꝑticipātur a qbus pticipātur ꝛ non ſm magis ꝛ minus. ¶ In scda parte cōparat spēm ad ꝓprium penes q̄ttuor drias: quaꝝ pria est. spēs pōt esse gen⁹ aliaꝝ speꝝ. ꝓpriū aūt non pōt esse genus alioꝝ ꝓprioꝝ. Scda. spēs est prior ꝓprio. Tertia. species est sp̄ actu in suis subiicibilib⁹: sꝫ ꝓpriū nō sp̄ adest actu. nā socrates sp̄ est actu hō. nō tamen sp̄ ridet actu: q̄uis natus sit ridere. Quarta diffinitōes ꝓprij ꝛ spēi differūt: ergo spēs ꝛ ꝓpriū differūt. pꝫ ꝯña: qꝛ quoꝝ termini sunt differētes ꝛ ipa sunt drīa. aňs pꝫ: qꝛ diffinitio spēi est sp̄ poni sub assignato gn̄e. diffinitio ꝓprij est. ꝓpriū inest oī soli ꝛ semp̄.

¶ Sequitur textus.

Cōparatio spēi ad accidēs.

¶ Speciei vero ꝛ accidētis cōmune quidem est de pluribus p̄dicari.

Istud est quintū capitulū in quo comparat spēm ad accidēs penes vnā ꝯueniētiaꝫ ꝛ q̄ttuor drias. Conueniētia talis est. cōe est illis ambobus de plurib⁹ p̄dicari. Sed pria dria est: qꝛ spēs p̄dicatur in qd: accidēs vero in quale vel q̄ō se habēt. scda. vnius indiuidui est vnica spēs: sꝫ vnius indiuidui plura sunt accidētia tam separabilia q̄ȝ inseꝑabilia. Tertia. spēs est prior accidēte. accidētia vero posteriora specie. opꝫ eñ subꝫ esse vt ei aliqd accidat. Quarta. spēs participatur equaliter ꝛ nō ſm magis ꝛ minus ab his quoꝝ est spēs. accidens vero ſm magis ꝛ minus participatur. ethiops eñ alio ethiope magis habebit de colore.

Spēs ꝛ accidens in vno cōueniūt.

Spēs ꝛ accidens in quattuor differūt.

¶ Sequitur textus.

Cōparatio ꝓprij ad accidēs.

¶ Cōmune aūt ꝓprij ꝛ inseparabilis accidētis est: ꝙ pter ea nunq̄ȝ ꝯsistant illa in quibus cōsiderātur.

Proprium ꝛ accidēs in duob⁹ ꝯueniūt.

Istud est sextū ꝛ vltimū capitulū huius tractatus in quo cōparat ꝓprium ad accidēs: ꝛ diuiditur in duas ptes. In pria ponit duas conueniētias. quaꝝ prima est. subiectum ꝓprij ꝛ accidētis inseꝑabilis nunq̄ȝ existit sine illis: vt hō sine risibili: ꝛ ethiops sine nigredie. Scda vtrūq̄ȝ coꝝ sempꝛ inest: ꝛ oī contēto sub subiecto: ꝛ hoc intelligēdo istas duas conueniētias de accidēte inseꝑabili. ¶ In secunda pte cōparat ꝓprium ad accidēs penes tres differētias. prima. ꝓprium inest soli spēi quēadmodum risibile homini: sed non accidens inseꝑabile. nigruꝫ eñ nō inest soli ethiopi: sed etiā coruo ꝛ etiam carboni ꝛ hebeno: ꝛ quibusdaꝫ alijs. scda. ꝓprium p̄dicatur ꝯuersim non aūt accidēs inseparabile. tertia. proprium predicatur equaliter. accidens vero ſm magis ꝛ minus. ¶ Finaliter se excusat dicēs ꝙ lꝫ sint alie cōitates vel ꝓprietates quinq̄ȝ vniuersalium: tñ ille q̄ dicte sunt sufficiūt.

Proprium ꝛ accidēs in tribus differūt.

¶ Queritur vtruꝫ cōueniētie ꝛ differentie quinq̄ȝ p̄dicabilium sint a porphirio in textu sufficiēter assignate. ¶ Arguitur p??o ꝙ non. ꝛ primo cōtra primam driam generis et drie: qꝛ genus non predicatur de pluribus q̄ȝ dria: ergo in hoc gen⁹ ꝛ dria nō differūt. aňs pꝫ: qꝛ sensibile qd est dria aialis p̄dicatur de tot ꝛ quot p̄dicatur aial qd est genus. ¶ Secūdo sic. cōtra primā ꝯueniētiam generis ꝛ ꝓprij: qꝛ gen⁹ est prius specie de qua p̄dicatur: ergo genus nō seq̄tur ad spēꝫ: ꝛ p ꝯñs genus ꝛ ꝓprium non ꝯueniūt in hoc qd est sequi ad spēm. Tertio sic. cōtra ꝯueniētiam oim p̄dicabilium: qꝛ genus differt ab alijs p̄dicabilibus p hoc qd est p̄dicari de pluribus: g nō est cōmune oibus p̄dicabilibus de pluribus p̄dicari. ¶ Quarto sic. genus ꝛ ꝓpriū non p̄dicātur vniuoce de suis subiicibilibus g genus ꝛ ꝓprium non cōueniunt in hoc qd est p̄dicari vniuoce. aňs ꝓbatur: qꝛ ꝓprium p̄dicatur denoiatiue: ergo non p̄dicatur vniuoce. tenet ꝯsequētia p locuꝫ ab oppositis. scdo ꝓbatur: qꝛ p̄dicari vniuoce est p̄dicari vno noie ꝛ vna rōne: sed ꝓprium nō habet rōnem: igit. Itē p̄dicari vniuoce est p̄dicari quiditatiue: sed ꝓprium non p̄dicatur quiditatiue: igitur. ¶ Quinto sic. p̄dicabilia cōueniūt in eisdeꝫ: ergo male ponūtur differētie ipsorum. aňs pꝫ primo: qꝛ coloratum est genus albi ꝛ species qualitatis: ꝛ accidens parietis. secūdo patet: quia rationale est differētia hois ꝛ spēs huius rōnalis ꝛ illius. Item oia p̄dicabilia sunt species vniuersalis: igit. In oppositū arguitur auctoritate porphirij ponētis illas cōueniētias ꝛ differētias in textu. In qōne sicut in ceteris erūt tres articuli.

An cōuenientie et drie p̄dicabilium sufficiēter assignentur.

¶ Sciēdum est primo ꝙ coincidētie predicabilium dicuntur in quibus ipsa predicabilia conueniūt: ꝛ dicuntur cōmunitates: quia illud in quo conueniūt aliqua est cōmune illis. Et est duplex cōmunitas p̄dicabiliū. vna generalis in qua omnia p̄dicabilia cōueniunt: vt p̄dicari de multis. alia est specialis in qua aliqua p̄dicabilium cōueniunt: vt p̄dicari in quid in quo conueniūt genus ꝛ spēs: sed drie dicūtur qbus p̄dicabilia adinuicem differunt. ꝛ vocantur tales differentie ꝓprietates: quia illud per quod aliquid differt ab alio dicitur quodāmodo ꝓprium cum per illud non conueniat cum alio. Sed restat vna difficultas vtrum quinq̄ȝ vniuersalia conueniant in idem. Rňdetur ꝙ p̄dicabilia cōuenire in idem pōt intelligi duplr. vno modo in idem. i. quiditatiue: ꝛ hoc duplr. vno modo ꝙ cōueniant cū aliquo qd dꝛ quiditatiue de ipsis: ꝛ sic dico ꝙ coincidūt in idem: et cōueniunt in vnū qd dꝛ quiditatiue de ipsis. alio

Predicabiliuꝫ duplex cōitas.

An quinq̄ȝ vlia ꝯueniāt i idē.

Ulia i idē cōuenire duplr itelligit.

Uniuersalia in idem coincidere in aliquo denominatiue dupliciter intelligitur.

modo ꝙ ipsa quinque vlia dicant̄ quiditatiue de aliquo. ⁊ sic dico ꝙ nō coincidit: q2 de nullo quiditatiue dicunt̄. alio mō p̄t intelligi quinque vlia coincidere in aliquo denoiatiue. ⁊ h̄ dupl'r. vno mō ꝙ conueniant in aliquo qd̄ dr̄ de ipis denoiatiue. ⁊ sic coincidūt: q2 cōueniunt in spē q̄ dr̄ de ipis denoiatiue. vt ista est vera genus est spēs: dr̄ia est spēs. Alio mō ꝙ dicā tur denoiatiue de aliquo. ⁊ sic dico ꝙ aliqua vlia coincidunt in idē denoiatiue: q2 aliqua p̄dicant̄ denoiatiue de aliquo respectu tn̄ diuersoꝝ: vt album respectu subi dr̄ accidens: ⁊ respectu suoꝝ īferioꝝ dr̄ spēs. ⁊ sic gen' ⁊ spēs dn̄r de aliquo respectu tamen diuersorum.

Intellectus differentiarum quinque p̄dicabiliū a porphirio assignatur.

¶ Sciēdū est secūdo ꝙ quando dicit porphiri' in sexta dr̄ia gn̄is ⁊ dr̄ie ꝙ gen' h3 modū materie: ⁊ dr̄ia modū forme. nō vult dicere ꝙ genus sit materia: ⁊ dr̄ia forma: sed ꝙ gen' h3 modū materie: ⁊ dr̄ia modum forme. nā sicut materia determinat̄ ꝑ formā: ita genus determinat̄ ꝑ dr̄iam. ¶ Aduerte vltra ꝙ qn̄ dr̄ in p̄ma dr̄ia gn̄is ⁊ spēi ꝙ gen' ɔtinet spēs ⁊ nō ɔtinet̄ ab eis d3 intelligi ꝙ gen' cō tinētia potentiali ɔtinet suas spēs: ⁊ tali cōtinentia spēs nō ɔtinet genus: 13 bene alia ɔtinentia: q2 spēs ɔtinet gen' actu: ⁊ quodlibet inferi' superi'. ¶ Aduerte vltra ꝙ qn̄ dr̄ in tertia cōitate gn̄is ⁊ ꝓprij ꝙ tā gen' q̄ ꝓpriū predicant̄ vniuoce de suis subijcibilib' d3 ibi accipi predicari vniuoce large vt distinguit̄ ɔ predicari equiuoce: ⁊ nō d3 ibi accipi ꝓprie ⁊ stricte vt idē est ꝙ predicari quiditatiue: q2 ꝓpriū nō predicat̄ quiditatiue de suis subijcibilibus. Aduerte vlterius ꝙ qn̄ dr̄ in scd̄a dr̄ia gn̄is ⁊ ꝓprij ꝙ ꝓpriū tm̄ de vna sola spē predicat̄ ⁊ genus de pluribus debet ibi accipi ꝓpriū qd̄ cōuertitur cū spē sp̄alissima: ⁊ non debet intelligi de ꝓprio generico quod cōuertitur cū genere cuiusmodi est sensibile cū tale predicetur de pluribus speciebus: nec est etiā imaginandum ꝙ ꝓprium specificum sic faciat predicabile ꝓprij distinctum ab alijs: sed ꝓpriū quod est cōe ad ꝓpriū genericum ⁊ specificum quēadmodū dicebat̄ de differentia.

Accidentia p̄dicari s̄m magis ⁊ minus quō intelligitur

¶ Sciēdum est tertio ꝙ qn̄ dicitur in quarta dr̄ia gn̄is ⁊ accidēt͛ ꝙ accn̄tia p̄dicantur s̄m magis ⁊ minus. hoc d3 intelligi respectu suoꝝ subiectoꝝ: q2 respectu suoꝝ inferioꝝ respectu quoꝝ dicūtur gn̄a vel spēs nō dicuntur p̄dicari s̄m magis ⁊ min': 13 equal'r ⁊ in q̄d. Aduerte vlteri' ꝙ qn̄ dr̄ in tertia dr̄ia differētie ⁊ accn̄tis: ꝙ accidētia ɔ̄ria bn̄ ꝑmiscētur in eodem: 13 nō dr̄e ɔ̄rie d3 intelligi de differentijs magis ꝓprijs ⁊ diuidētib' ex opposito aliqd̄ genus: puta ꝙ ille nō p̄nt dici de eodē neque in eodē inueniri. accidētia x̄o ɔ̄ria in eodē possunt īueniri: ⁊ de eodē p̄nt dici: vt de aqua tepida veꝝ est dicere ꝙ est calida ⁊ frigida. ⁊ dr̄ notāter de differētijs magis ꝓprijs ⁊ diuidētibus ex opposito aliqd̄ genus: q2 dr̄ie subordinate possunt de eodē dici sicut sensibile ⁊ rōnale dicūtur de hoie. ¶ Aduerte vlterius ꝙ qn̄ dr̄ in quarta dr̄ia spēi ⁊ dr̄ie ꝙ due spēs nō ɔcurrūt ad ɔstitutionē vnius spēi: 13 bene due dr̄ie. d3 intelligi ꝙ vna dr̄ia bn̄ ɔcurrit. i. cōponitur cū alia sibi nō subordinata ad ɔstituendū ⁊ ꝑficiēdū spēm seu diffinitionē spēi: q2 vna pōt determinare aliam: vt rōnale ⁊ mortale ad ɔstituēdū hoiem seu diffinitionē hois: sed vna spēs non cōcurrit. i. non componitur cum alia ad perficiēdum formaliter spēm vel diffinitionem spēi: 13 bene materialiter: sicut binarius ⁊ ternari' materialr̄ cōcurrūt: scʒ rōne suaꝝ vnitatum ad cōstitutionem quinarij in quo non manet forma binarij vel ternarij. ¶ Et si q̄s dicat ad gn̄ationē muli concurrit asinus ⁊ equa: ergo due spēs cōcurrūt ad constitutionem spēi. ¶ Rn̄detur ꝙ 13 ꝑticularis asinus ⁊ ꝑticularis equa ɔcurrāt ad gn̄ationem muli: tn̄ asinus ⁊ equa in cōi ponūtur ad cōstituēdum formaliter mulū seu diffinitionem muli cū in diffinitione muli nō ponatur neque asin' neque equa. ¶ Aduerte vltra ꝙ qn̄ dr̄ in tertia dr̄ia speciei ⁊ ꝓprij ꝙ species semper inest. ꝓprium autē non semꝑ inest d3 itelligi de actu: vt ridere nō semꝑ īest hoi 13 aptitudo ad ridēdum semꝑ insit ei.

An gen' eq̄liter dicat̄ d̄ suis specieb'. Qui ē aliqd. dici de aliqb' ecōurso.

¶ Sciēdū est quarto ꝙ circa textū incidit talis difficultas. Utrum gen' equaliter dicatur de suis speciebus. Pro cuius solutione supponitur ꝙ aliquid dici equaliter de aliquibus nō ē aliud q̄ illud predicari de illis: ⁊ nō s̄m magis ⁊ minus. ⁊ ꝑ oppositū p̄dicari de aliqbus inequaliter non est aliud q̄ p̄dicari de illis mediātibus istis aduerbijs magis ⁊ minus. Hoc supposito dico ꝙ genus p̄dicatur equaliter de spēbus: q2 nō s̄m magis ⁊ minus: vt ista nō cōceditur hō est magis aial q̄ equus. Et si quis dicat hō est ꝑfecti' aial q̄ bos ɔceditur: g est magis aial. negat̄ ɔ̄ña: et rō est: q2 hoiē esse ꝑfectius aial q̄ bos nō est ipm magis esse aial: sed ē ipm habere ꝑfectiōtem dr̄iam ꝑ quā aial cōtrahit̄ et determinat̄ ad cōstitutionē hois q̄ sit illa ꝑ quam determinatur aial ad bouem. Unde aduerte ꝙ impossibile ē duas species esse equalis ꝑfectionis in entitate neque ꝑ potētiā naturalē neque ꝑ potētiā diuinā. nā de' nō posset facere duas spēs eq̄lis ꝑfectionis in entitate. Ideo dicebat aristo. ꝙ inter spēs eiusdē gn̄is est ordo essentialis: q2 vna in entitate est ꝑfectior alia. hoc nō est ꝑ gen' in quo cōueniūt: 13 ꝑ suas dr̄ias. Ex quo seq̄tur ꝙ īpossibile est duas dr̄ias specificas esse eq̄lis ꝑfectiōis. ¶ Aduerte vlteri' ꝙ nūq̄ aliqd ꝓprie dr̄ magis vel minus tale nisi' ꝙ h3 plres grad'. i. ꝑtes ꝑfectiōales h' : q̄ nō est ꝑ gen'. Et si q̄s dicat vn' hō dr̄ rōnabilior alio: g dr̄ia dr̄ de spēbus s̄m magis ⁊ minus.

Hō ī ē rōnabilior alio quō intelligitur

Rn̄det̄ ꝙ vn' hō dicit̄ rōnabilior alio ad istū sensū ꝙ vn' hō magis vtit̄ rōne q̄ alius. vel q2 est magis dispositus vti rōne q̄ ali'. Sed nō dicit̄ rationabilior. ideo rationale nō suscipit magis ⁊ min': 13 bene rōnale qd̄ non est

differentia: ꝛ sic dꝫ negari ꝯña. Etiã vnus hõ est risibilioꝛ alio. i. magis dispositus ad ridẽdum ꝙ̃ alius. ꝛ nõ quia risibile suscipiat magis ꝛ minus. Et hec de primo articulo.

An tñ sint qnqꝫ vlia.

¶ Quãtũ ad secũdũ articulũ dubitatur primo vtrũ tñ sint quinqꝫ vlia. Rñdet ꝙ de hoc iã satis visum est. Aduerte tñ ꝙ talis ꝑpõ põt capi dupliciter. vno mõ in sensu ꝓprio et sic est falsa. ꝛ est sensus qnqꝫ sunt vlia ꝛ nõ plura sunt vlia ꝙ̃ qnqꝫ: ꝛ illa est falsa nisi aliquid intelligat. Alio mõ põt capi in sensu improprio. ꝛ tũc est sensus. quinqꝫ sunt intentiones vlium spẽ differentiũ ꝛ nõ plures ꝙ̃ qnqꝫ. vel sic. sicut superi⁹ est expositũ quinqꝫ sunt vlia ꝛ nõ sunt plura ꝙ̃ quinqꝫ spẽ supple dña. ꝛ h̃ capiẽdo vlẽ scðe intẽtionalr seu ꝓ ꝑ se signo.

Quid ꝓprie dicit vle.

Et aduerte ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ꝓprie dicat vlẽ requiritur ꝙ sit limitatum: ideo transcendentia non sunt vlia lꝫ de pluribus predicent. Scðo ꝙ sit quid vniuocũ: ideo equiuoca nõ sunt vlia sicut canis. Tertio ꝙ importet conceptũ ꝑ se vnũ: iõ illa q̃ importãt conceptum cõplexũ sicut diffinitiões nõ pñt dici vlia. Sꝫ restat vna difficultas vtrũ in ista predicatione petrus est alb⁹ est predicatio quinti predicabilis de suo subijcibili. ꝛ videt ꝙ nõ: qꝛ subiectum ꝛ predicatũ pro eodem supponunt: qꝛ albus supponit ꝓ petro: ꝯnotando tñ ipꝫ hr̃e albedinẽ. vel ꝓ aggregato ex subiecto ꝛ albedine vt videt dicere scot⁹ in quarto. rñdet ꝙ ibi est predicatio qnti predicabilis. ¶ Et ad rõnem dꝛ ꝙ predicationes nõ semꝑ accipiunt ab illis ꝓ quib⁹ termini supponunt: sed magis sm significata formalia q̃ appellant aliqñ ab illis terminis. vnde ista est accidentalis: qꝛ lꝫ albus supponat ꝓ petro tñ cõnotat ipm hr̃e albedinẽ q accidentaliter ꝯuenit petro: iõ dꝛ accidentalis. ꝛ silr dicat de alijs.

Petr⁹ est albus de qua predicatiõe predicat.

¶ Sꝫ restat alia difficultas. vtrũ ista ꝑpõ petrus est alb⁹ sit de predicatione directa vel indirecta. Rñdetur ꝙ est directa. Unde oĩs predicatio alicuius predicabilis de suis ꝓprijs subijcibilibus vel suo ꝓprio subijcibili est de ꝑdicatione directa: ideo falsum est illud qð dicunt aliqui ꝙ solum illa ꝑpõ est de predicatione directa in qua superi⁹ predicat de suo inferiori.

An sit alia distictio a distinctiõe reali ꝛ rationis.

¶ Dubitatur secũdo vtrum p̃ter distinctionem realẽ ꝛ rõnis sit ponenda aliqua alia distinctio. Pro cui⁹ solutione supponitur ꝙ aliqui dicẽtes se insequi doctrinã scoti ponunt septẽ genera distinctionũ ꝛ tot idẽtitatum. s. distinctionẽ rõnis ex natura rei formalem: realem: essentialem: se totis subiectiue ꝛ se totis obiectiue: ꝛ dicũt ꝙ iste distinctiones seinuicem inferũt. nã dicũt ꝙ distinctio se totis obiectiue infert oẽs alias. ꝛ sic ꝯñr: ꝫ iste modus dicẽdi est falsus. neqꝫ est de mẽte scoti. primo in hoc ꝙ ipsi ponũt septem genera distinctionũ. secũdo in hoc ꝙ ipsi ponũt istas distinctiones seinuicem inferre: ideo aliter respondetur ponẽdo aliquas ꝑpões. ¶ Prima. p̃ter distinctionẽ rationis solum sunt ponẽda duo genera distinctionum: scꝫ realis ꝛ formalis.

Distictionum gña quot sunt

¶ Secũda ꝑpositio. distinctio rationis est que fit per actum cõparatiuum intellectus vel volũtatis. vnde illa que sic sola distinctione rationis distinguũtur nunqꝫ se habẽt tanqꝫ duo obiecta formalia: sed solum tanqꝫ vnum aliter ꝛ aliter consideratum. Ex quo sequitur ꝙ concretum ꝛ abstractum non se habẽt tanqꝫ duo obiecta formalia vt volũt aliqui.

Cõcretuꝫ ꝛ abstractum qũo se habẽt

que s̄m hoc ip̄m quot sunt. i. q̄ referunt̄ ad ali
quid siue essentialr̄ siue accn̄taliter. Pro cui⁹
declaratōe est notādū q̄ aliqua dr̄ referri ad
aliq̄d duplr̄. vno mō denoiatiue ⁊ accn̄talr̄ si/
cut sunt illa in quibus alique relationes fun/
dātur vt sūt etiā relatiua s̄m dici: vt sciētia ⁊
hit⁹: ⁊ mlta alia ⁊ de illis dat̄ p̄ia diffinitio. s.
diffinitio platōis. Alio mō aliq̄ dr̄ referri ad
aliq̄d eēntialr̄ vt sunt illa q̄ de significato p̄n
cipali importāt relationē: vt pater ⁊ fili⁹: pa/
ter eñi essentialr̄ refert̄ ad aliud. s. ad filiū: q̄
impossibile est qd̄ sit pater q̄n habeat habitu
dinē ad aliud. s. ad filium. ⁊ talia dr̄ relatiua
s̄m esse. ⁊ de talibus datur scd̄a diffinitio: scꝫ
aristotelis. Uñ petrus qui est pater: accn̄talr̄
refert̄ ad aliud: q̄ nō importat de suo formali
significato relationē. iō solū refert̄ ad aliud p
aliquid qd̄ accidit sibi: puta p paternitatē vel
p aliquid hm̄ōi aliud. Et si quis dicat. relatio
sicut paternitas nō refert̄ ad aliud. cōcedo: ḡ
nō ē relatiuū. ꝯcedo: sꝫ est relatio. Uñ relatio
non refert̄: sꝫ est illud quo aliquid dr̄ formalr̄
referri. pater eñi refert̄ ad filiū formalr̄ pater/
nitate. ⁊ sic de alijs. Et si q̄s dicat. relatio vt
paternitas est ad aliq̄d: igit̄ refert̄. Dico q̄ re
lationē esse ad aliq̄d pōt intelligi duplr̄. vno
mō q̄ referat̄ ad aliq̄d ⁊ sic nō est verum. alio
mō q̄ sit illd̄ quo aliq̄d formalr̄ refert̄ ad ali/

Ad aliquid diffinitio s̄m platonē

Aliq̄ ad aliud referri: q̄t mōis dicuntur.

Relationē ad aliq̄d eē q̄t mōis intelligitur.

Relationē ad aliq̄d q̄t mōis intelligitur.

q̄d.⁊ sic cõcedo q̄ relatio est ad aliquid.

Relatiui acceptiões. Quid ē relatiuū ſm dici.

¶ Sciendū est scdo q̄ duplex est relatiuū.s.ſm esse ⁊ ſm dici.vñ relatiuū ſm dici est q̄ importat absolutū ⁊ relationē sub eodem noīe annexā tali absoluto: vt scia ⁊ habitus importāt absolutū.s.qualitatē ⁊ relationē annexā illi absoluto. ⁊ de istis intelligitur q̄ relatiuis inest ꝯrietas.i.relatiua ſm dici et ſm esse absolutum qd̄ importāt cõtrariantꝰ. Et dicitur notāter ſm esse absolutū: q2 ratione relationis nō opponūtur contrarie: lꝫ possint opponi relatiue: vt scia ſm suū esse absolutū contrariatur ignorantie: sꝫ ſm relationē quam eodem noīe importat ad scibile non dicitur habere contrarium. Aduerte vlterius q̄ ad hoc q̄ relatiuū suscipiat magis ⁊ minꝰ non requiritur q̄ fundamentū eius suscipiat magis ⁊ minus: sed sufficit q̄ suscipiat maiꝰ vel minus.

Relatiuū suscipe magis et minꝰ quot mōis contingit. Quare eq̄le nō suscipit magis et minus sicut ineq̄le.

Vñ tripliciter cõtingit relatiuum suscipere magis et minꝰ. vno mō per intensionē ⁊ remissionē alicuius qualitatis vel eiꝰ fundamenti. Alio modo ꝓpter ablationē alicuius rei ab alia re: vel minorationē rei. Tertio mō ꝓpter additionē alicuius rei. Aduerte tamen q̄ aliqñ relatiuū suscipit magis: qñ eiꝰ fundamētū suscipit minꝰ ⁊ ecõtra. Sꝫ si q̄raꝛ q̄re eq̄le nō suscipit magꝭ ⁊ minꝰ quēadmodū ineq̄le. quare etiā duplū ⁊ triplū nō suscipiūt magis ⁊ minus cum oīa ista fundentur in q̄titate q̄ suscipit maius ⁊ minus. De equali dꝛ q̄ ip̄m fundatur in q̄titate: vt est in termino indiuisibili a quo qualiscūq3 recessus fuerit cāt inequalitatē: q2 eq̄lia sunt quāta quoꝝ vnum nō excedit alterū: nec excediꝛ ab altero. i. eq̄litas fundatur in q̄titate q̄ nō excedit q̄titatē ad quā terminatur nec ecõtra. De duplo et triplo dꝛ q̄ fundātur in q̄titate determinata que si mutetur ſm maioritatē vel minoritatē nō manet duplum vel triplum. iō talis relatio nō suscipit magis ⁊ minus. Sed inequalitas fundatur in q̄titate indeterminata. ad cuius variationē ſm maioritatē vl' minoritatem nō opꝫ ineq̄litatē variari. verū est tñ q̄ sicut ad aliq̄d nō est primo motꝰ: lꝫ bñ p se. ita relatio nō suscipit magis ⁊ minus: lꝫ p se. ⁊ hoc mediante suo fundamento.

Intellectꝰ p̄te ꝓpetatis relatiuoꝝ.

¶ Sciendum est tertio pro intellectu prime ꝓprietatis q̄ relatiua dici ad cõuertentiam non est aliud q̄ ipsa referri ad seinuicē ſm mutuā depēdētiā. sic videlꝫ q̄ sicut relatiuum mediāte obliquo sui correlatiui predicatur de seip̄o: ita correlatiuum mediante obliq̄ sui relatiui p̄dicaꝛ de seip̄o. sicut ei dñs ē fui dñs: ita fuꝰ est dñi fuꝰ: ⁊ est ꝓpria quarto mō relatiuis. Et si q̄s dicat subm̄ ⁊ sua ꝓpria passio dicuntur ad cõuertentiam: igitur. Dico q̄ bene dicūtur ad cõuertibilitatē: sed non dicūr ad conuertentiam. ⁊ hoc visum est in summulis.

Intellectꝰ scdē ꝓpetatis.

Sed secunda ꝓprietas in qua dꝛ relatiua sunt simul natura: sic debet intelligi. Relatiua sūt simul natura. i. simul naturali existētia ita q̄ vno existente aliud existit. ⁊ econtra. iō dicit pħs q̄ relatiua posita se ponunt ⁊ perēpta se perimūt. ⁊ intelligiꝛ hec ꝓprietas si relatiua sint mutua.

Quot sunt modi relationum.

Pro cuiꝰ declaratōe supponiꝛ q̄ tres sūt mōi relationū seu relatiuoꝝ. q̄dā fundātur sup vnū ⁊ nūerū vt duplū ⁊ quadruplū ⁊ etiā ꝓportiones: silr eq̄le sile ⁊ idē. Quedā fūdātur sup potētia actiua ⁊ passiua: vt paternitas fundatur sup potentia actiua patris: et filiatio super potentia passiua filij. Quedam fundātur sup mēsura ⁊ mēsurabili vt scia ⁊ scibile. ⁊ in istis non ē mutuitas. nec de istis ꝓpe intelliguꝛ due p̄dicte ꝓpetates. Et aduerte q̄ talis ꝓpetas est ꝓpa scdo mō. Et si q̄s ꝯ istā arguat q2 pꝰus natura ⁊ posterius natura sunt relatiua: ⁊ tñ nō sunt simul natura: igiꝛ. Scdo sic. priꝰ tpe ⁊ posteriꝰ tpe sunt relatiua ⁊ tñ nō sunt simul natura q̄tum ad actualē existiā: q2 priꝰ tpe existit pꝰus q̄ posteriꝰ tpe. Ad p̄mū dꝛ q̄ pꝰus ⁊ posteriꝰ natura accepta ꝓ p se significatis sunt relatiua ⁊ sūt simul natura: sꝫ si capiātur ꝓ significatis materialibus seu ꝓ denoiatꝭ nō sunt relatiua nec q3 simul natura. Ad secūdū dꝛ q̄ ꝓpetas dꝫ intelligi de relatiuis pmanētibꝰ ⁊ nō successiuis: cuī sunt prius ⁊ posterius tpe. vel pōt dici q̄ prius ⁊ posterius tpe nō sunt relatiua huiꝰ p̄dicamēti cū nō sint realia. cū quodlibꝫ extremū ſm esse reale nō referaꝛ ad aliud. Sꝫ diceret aliquis. quomō dꝫ intelligi h' dictum pħi in quo dꝛ destructo scibili destruiꝛ scia. cū scia possit rēanere scibili destructo. Dī q̄ dꝫ itelligi capiēdo ly scibile distributiue ita q̄ sit sēsus: oī scibili destructo: destruiꝛ scia.

An relatiuū debeat diffiniri.

¶ Sciēdū est quarto q̄ circa textum incidūt aliq̄ difficultates. Pria. vtrū relatiuū debeat diffiniri p suū correlatiuū. vt pater p filium. ⁊ filius per patrem. Respondeꝛ breuiter vt responsum est in predicabilibus: capitulo de spē q̄ relatiuū nō dꝫ diffiniri p suum correlatiuū. q2 vnū non est notiꝰ alio: cū simul se ponāt. iō pater nō est notior filio nec econtra. Dico scdo q̄ relatiuū dꝫ diffiniri p fundamentū suū qd̄ poniꝛ in recto ⁊ p fundamentū sui correlatiui qd̄ poniꝛ in obliquo: vt pater diffiniꝛ p suū fundamētū. ⁊ p fundamētū sui correlatiui. s. filij vt pꝛ ē aīal qd̄ genuit aliud aīal sibi sile in natura de semine suo: ⁊ filiꝰ est aīal genitum ab alio aīali de semie suo. ⁊ hoc supple diffinitio data p additamentum: vt visum est in predicabilibus quō nullū accidēs pōt diffiniri diffinitiōe cōpleta nisi p additamentum: lꝫ bene habeat genus ⁊ differētias. Sed ꝯ ista arguiꝛ: q2 dicit pħus q̄ si quis diffinite nouerit vnum relatiuorum diffinite cognoscet ⁊ reliquū. quod non videretur eē verum nisi vnum relatiuū diffiniatur p reliquū. Dicit etiam porphirius q̄ necesse ē in vtroꝝ q3 vtrisq3 rationibus vti. Itē pater sic cōiter diffiniꝛ. Pater est res habēs filiū: ⁊ filius est res habens patrē. Itē illud p qd̄ adequate et

Pater quō diffinitur.

conuertibiliter explicatur natura alterius dꝫ poni in diffinitiõe illius: sꝫ ꝑ correlatiuũ ꝯuertibilr̃ ⁊ adequate explicat̃ natura relatiui: et sine ipo nõ põt explicari: q2 natura relatiui ē esse ad aliud. ¶ Ad p̄mũ dr̃ ꝙ illð correlarius Arist. de rigore ē falsus: cũ sit vna cõditiõalis cui' aãs põt esse verũ sine ꝯñte: q2 q̃s põt diffinire vnũ relatiuũ ꝑ suũ fundamẽtũ: ⁊ ꝑ fũdamẽtũ sui correlatiui: dato ꝙ nõ cognoscat̃ suũ correlatiuũ. põt tñ sic glosari ꝙ si q̃s diffinite cognouerit vnũ relatiuũ faciliter poterit cognoscere ⁊ reliquũ. Ad dictũ porphirij dr̃ ꝙ de rigore sermonis est falsum nisi exponat̃ ad sensum quo fuit expositũ i p̄dicabilib'. Dicitur etiã ꝙ tales diffinitiões q̃ cõiter dant̃: nõ sunt sufficiẽtes: vt visum ē in p̄dicabilib'. Ad aliũ dr̃ ꝙ relatiuũ refert̃ ad suũ correlatiuũ sed non terminatur ad suum correlatiuum sꝫ ad fũdamẽtũ sui correlatiui a quo hꝫ dependẽtiã. iõ dꝫ diffiniri ꝑ fundamẽtũ ⁊ nõ ꝑ suũ correlatiuũ. Pro cui' declaratione supponit̃ ꝙ q̃dã ē relatio q̃ fundat̃ in absoluto ⁊ terĩat̃ ad absolutũ: sicut silitudo que est iter duo alba. Alia ē que fũdat̃ in respectu: ⁊ terĩat̃ ad respectũ: sicut distinctio q̃ est inter duas silitudines. Alia est q̃ fundat̃ in absoluto ⁊ terĩat̃ ad respectũ sicut ē distictio albedinis a similitudie. Alia ē q̃ fũdat̃ in respectu ⁊ terminat̃ ad absolutũ: sicut est distinctio qua distinguit̃ similitudo ab albedie. Et aduerte ꝙ qñ dr̃ ꝙ relatio est inter duo extrema: debet intelligi in vno fundamẽtaliter vel subiectiue: ⁊ in alio terminatiue. Et hec de primo articulo.

An oĩs relatio sit reponibilis in hoc predicamẽto.

¶ Quantũ ad scðm articulũ dubitatur primo vtrũ oĩs relatio sit reponibilis in hoc p̄dicamẽto. ¶ Pro cui' solutione ponũtur alique distinctiões. Pria. duplex est relatiuũ: scꝫ scḋm dici ⁊ scḋm esse: de q̃bus iã visum est. Et si q̃s dicat relatiua scḋm dici nõ sunt relatiua scḋm esse: ergo nõ sunt relatiua: q2 solũ relatiua scḋm esse sunt relatiua. Rñdet̃ breuiter ꝙ relatiua scḋm dici nõ sunt in hoc p̄dicamẽto: cũ de significato p̄ncipali nõ iportẽt relationẽ: sed aliq̃d absolutũ. Ex quo sequit̃ ꝙ illa diuisio relatiui in relatiuũ scḋm esse ⁊ relatiuũ scḋm dici ē diuisio eq̃uoci in sua eq̃uocata. Unũ sicut hõ pict' non est hõ: ita relatiuũ scḋm dici nõ est relatiuũ.

Quid est ꝓprie relatiuum.

Nã relatiuũ proprie est ꝙ scḋm totũ suũ esse hꝫ dependẽtiã ad aliud tanq̃ ad suũ terminũ. Et dicitur notãter tanq̃ ad suũ terminũ: q2 lꝫ accidẽs habeat dependẽtiã ad suũ subm: nõ tñ tanq̃ ad suũ terminum.

Relatiõis acceptiões

Scða distinctio. duplex est relatio. s. rõnis ⁊ realis: q̃ põt existere secluso quocũq; actu intellectus. ita ꝙ suũ eẽ nõ est suũ intelligi. ⁊ ad istã sufficiũt tres ꝯditiones. p̄ma: q2 extrema sint realia sic ꝙ i rõne fundandi ⁊ terminandi nõ depẽdeãt ab intellectu. scða ꝙ sint realiter distincta: ⁊ ista cõditio debet intelligi de relatiuis intrinsecus aduenientibus. tertia ꝙ relatio oriatur inter extrema ex natura extremoꝝ: ⁊ nõ ꝑ actũ cõparatiuum intellectus. Sꝫ relatio rõnis est que sit ꝑ actũ cõparatiuũ alicui' potẽtie: sicut sunt secũde intentiões: ⁊ tales nõ sunt in hoc p̄dicamẽto. Aduerte tñ ꝙ relatio rõnis capit̃ qñq; ꝓ relatione cui deficit vna cõditio req̃sita ad relationẽ realẽ: sicut est distinctio entis ad nõ ens: sicut est idẽtitas eiusdẽ ad seip̄m. ⁊ sic de multis aliis.

Relatiõis realr̃ acceptiones.

Tertia distinctio. relatio realis est duplex: q̃dam est aptitudinalis: q̃ nõ est nisi aptitudo vel inclinatio ad aliq̃d q̃ solũ req̃rit terminũ in aptitudine: ⁊ p̄dicat̃ de suo fundamento per se secũdo mõ: cũ quo idẽtificat̃ realr̃: vt risibilitas ⁊ flebilitas: ⁊ tales relationes reductiue sunt in illo predicamento in quo est fũdamẽtũ vel subm earũ: vt iã sepe visum est. Alia est relatio actualis q̃ req̃rit fundamentum ⁊ terminum actualiter existere: vt paternitas: similitudo. ⁊ oĩs talis cõtingẽtur p̄dicatur de suo fundamẽto.

Relatio realis actualis est duplex

Quarta distictio duplex ē relatio realis actual'r: q̃dã est itrisec' adueniens que necessario ponit̃ positis fũdamento ⁊ termino etiã in quacũq; distantia: sicut est similitudo inter duo alba. ⁊ paternitas ⁊ filiatio. alia est extrinsecus adueniẽs q̃ necessario nõ ponit̃ positis termino ⁊ fũdamento: imo p̄ter fundamẽtũ ⁊ terminũ requirit̃ adhuc aliq̃d extrinsecũ: scꝫ debita applicatio: ⁊ tales nõ sunt in hoc p̄dicamẽto: sꝫ in sex vltimis p̄dicamẽtis. Quinta distinctio. relationũ q̃dam est distincta a suo fundamẽto: sicut ē paternitas: q̃dam vero non: vt creatio passiua rei. ⁊ de ista datur talis r̃la. Oĩs relatio cuius fundamento repugnat esse sine termino: est eadẽ realiter cũ suo fundamẽto: ⁊ talis est in eodem p̄dicamẽto: sicut est fundamẽtũ suum cũ quo idẽtificatur.

Relatiões eq̃parãtie

Sexta distinctio. relationum quedã sunt equiparẽtie quarũ extrema sunt eiusdẽ rationis in ratione fundãdi: vt similitudo: eq̃litas. q̃dã sunt disq̃parẽtie: ⁊ iste sunt duplices. s. suppositionis ⁊ superpositionis. Suppositionis est cuius fundamentũ hꝫ superioritatem respectu fũdamẽti sui correlatiui vt paternitas: ⁊ dꝫ intelligi de sup̄ioritate dñij ⁊ nõ cõitatis. Sed relatio suppositionis est cuius fũdamẽtũ hꝫ iferioritatẽ dñij vl' potestatis respectu fũdamẽti sui correlatiui: vt filiatio. ¶ Septima distinctio. relationũ q̃daꝫ est transcendẽs: q̃ scꝫ non determinate fũdatur sup reb' vnius p̄dicamẽti. alia est predicamẽtalis q̃ determinate fundat̃ sup re vni' p̄dicamenti. Ex oĩbus istis sequit̃ ꝙ ad hoc ꝙ aliqua relatio sit in hoc p̄dicamẽto q̃ttuor cõditiones requirũtur. p̄ma ꝙ sit ratio realis: ⁊ ꝑ hoc excludũtur relatiões rõnis. scða ꝙ sit finita ⁊ limitata: ⁊ ꝑ h' excludũtur relatiões trãscendẽtes. tertia ꝙ si actualis realr̃ distincta a fũdamẽto: ⁊ ꝑ h' excludũtur relationes aptitudinales q̃ reducũtur ad p̄dicamẽtũ sui fundamẽti. q̃rta ꝙ sit relatio itrinsec' adueniẽs: ⁊ ꝑ hoc excludũtur sex vltima predicamẽta.

An relatio distinguat̃ a suo fũdamento.

¶ Dubitat̃ scðo vtrũ relatio sit res realis realr̃ distĩcta a suo fũdamẽto: seu a re absoluta cui attribuit̃: vt vtrũ silitudo sit res di

An relatio sit res realis: ⁊ a suo fundamento realiter distincta.

stincta ab albedine: ⁊ similiter de aliis. ¶ Di-
cūt aliqui ꝙ rl'o nō est aliq̄ res realr̄ distincta
a re absoluta: vt sil'itudo nō est res distincta
ab albedie: imo est ipamet albedo. ⁊ hoc ꝓbāt
aliqb⁹ rōnibus. p'io: q: sequeret̄ ꝙ sorte albo
exn̄te parisi⁹: nō posset gn̄ari vnū albū rome:
quiu gn̄aret̄ aliqd in sorte exn̄te parisi⁹. q: si
gn̄et̄ aliqd albū rome: sortes exn̄s parisi⁹ erit
sibi sil'is. ⁊ non nisi sil'itudine realr̄ distincta a
sorte vt dicis. sȝ h' est fal'm: q: vel illa sil'itudo
ꝓduceret̄ a deo imediate: ⁊ hoc nō. vel a crea
tura ꝓducēte illd albū rome: sȝ h' nō: q: actio
creature nō est ad tātā distātiā: igit̄. ¶ Scdo
sic. oīs entitas realis est termin⁹ alicui⁹ pro-
ductionis realis: sȝ rl'o nō est termin⁹ alicui⁹
ꝓductiōis realis: g̃ nō est aliq̄ entitas realis
distincta a suo fundamēto. mino: ptȝ: si eīm pa
ternitas sit terminus alicui⁹ ꝓductiōis: ⁊ cū
productio sit relatio: q̄rā de illa productione
cui⁹ erit termin⁹ ⁊ sic ꝓcedet̄ in infinitū. Item
sequeret̄ ꝙ in eadē re essent infinite entitates
reales. ꝯn̄s est ipossibile. ꝯn̄a ptȝ: q: eadē res
est distincta ab infinitis reb⁹: sȝ cū distinctio
sit relatio. seq̄tur ꝙ in eadē re erūt infinite re
lationes. Itē seq̄ret̄ p̄mo ꝙ sortes esset pater
platonis quē nunq̄ genuit. Secūdo seq̄retur
ꝙ sortes nō eēt pater platōis: quē tn̄ genuit.
ptȝ prima ꝯn̄a: q: si pater sit res disticta a Ci
cerone q̄ genuit platonē: pōt separi ab eo. ⁊ ꝑ
potētiā diuinā poni in sorte: ⁊ denolare sortē
patrē platonis. Scd̄a ꝯn̄a ꝓbatur. nā de⁹ pos
set paternitatē sortis separe a sorte ⁊ ponere
in iohāne: quo facto. sortes non erit plus pa-
ter ⁊ iohānes erit pater: q̄ nunq̄ aliqd genuit.

Quid sint p̄dicamēta.

Alia est opinio. Pro cuius solutione supponi
tur ꝙ p̄dicamēta sint decem res realr̄ distin-
cte. Quarū alique sūt absolute ⁊ aliq̄ respecti
ue. ita ꝙ absolutū ⁊ respectiuū p̄mo sūt diīe
rerū: lȝ scd̄ario sint diīe termioꝝ. ¶ Secūdo
supponitur ꝙ s̄m diuersitatē rerū: est diuersi
tas terminoꝝ significantiū illas res. ¶ Ex q̄
sequit̄ ꝙ cum alique res sint absolute ⁊ aliq̄
respectiue: aliq̄ termini significāt res absolu-
tas. ⁊ sunt illi q̄ p̄dicantur de seipis in ꝓpōne
causante ꝯceptū ꝑfectū: secluso om̄i. obliquo
alteri⁹ termini: vt hō est hō: nec d' hō ē hois
hō. Alij sunt q̄ significāt res respectiuas. et
sunt illi q̄ nō pn̄t p̄dicari de seipsis in ꝓpōne
causante ꝯceptū cōpletū ⁊ ꝑfectū sine obliquo
alterius termini ipis addito. nā dicēdo: pater
est pater: ꝯcept⁹ illi⁹ ꝓpōnis nō ē cōplet⁹. si
s'o dicat̄: pater filij pat: tūc est cōplet⁹. His
suppositis d' p̄mo ꝙ ois relatio p̄dicamēta-
lis ē a suo fūdamēto realr̄ distincta. qd ꝓbat̄
multiplr̄. Primo sic. qn̄cūq̄ aliqua duo sic se
habēt ꝙ vnū realr̄ manet altero nō manēte: il
la distinguūtur realr̄. nā ꝑ hoc ꝓbat phs ma-
teriā esse distinctā realit' a forma. Sed fūda-
mētū realr̄ manet destructa relatione. nā sor-
tes manet sua paternitate destructa. Nec va
let illa solutio aliquorum dicentiū ꝙ paterni-
tas manet: sed nō manet paternitas: quia per
talem solutionem posset quis tenere ꝙ formā
ignis nō distinguit̄ a materia dicendo ꝙ for-
ma manet: sed nō manet forma. ⁊ multa alia i-
conueniētia ex tali solutione seq̄rētur. ¶ Se
cūdo sic. si relatio esset eadem realiter cū suo
fundamēto aliqd idē numero per verā iden-
titatem includeret opposita hoc est ipossibile.
ꝯn̄a ptȝ: q: in eodē successiue fundantur rela-
tiones formaliter opposite: igit̄ qua rōne vna
illarū erit cū illo ⁊ alia. ¶ Item ipossibile est
idē realr̄ simul et semel itēdi ⁊ remitti: sȝ re-
latio intēdit̄ quādo fūdamētū remittit̄: ergo
si relatio sit eadē suo fundamēto: idē simul in
tendetur ⁊ remittetur. iō ista opinione relicta
restat soluere ratiōes alteri⁹ opinionis. ¶ Ad
p̄mā dicit̄ negādo minorē. ⁊ ad ꝓbationē d'
ꝙ ꝓducit̄ ab illo a quo ꝓducit̄ extremū: nec ē
incōueniēs creaturā agere ad tantā distātiā
respectu relationis. ¶ Ad scd̄am dicit̄ negan
do minorē. ⁊ ad ꝓbationē dicit̄ ꝙ nō est simi-
le de paternitate ⁊ productione: q: productio
est quo producens formalr̄ d' producēs. ideo
sibi standū est: ita ꝙ non opȝ q̄rere quo ꝓdu-
catur ꝓductio: vt ptȝ ꝑ duas regulas. p̄ma. qn̄
aliqd est tale denomiatiue ⁊ alud est formalit̄
tale: tūc standū est in illo qd est formaliter ta-
le. Exponitur alia regula qn̄cūq̄ aliqd est me
dium in aliquo ordine: nō oportet tali medio
assignare aliud mediū: sȝ ipm seipso in totali
ordine est mediū. Alia regula. oīs relatio est
distincta a fundamēto qn̄ fūdamētū pōt esse
sine termino talis relationis: ⁊ quādo nō pōt
tūc relatio est eadem realiter cū fundamēto.
¶ Ad tertiā d' ꝙ non est inconueniens de re-
bus respectiuis. ¶ Ad quartam d' ꝙ iste re-
lationes per nullā potentiā pn̄t separi a suis
fūdamētis. ¶ Et hoc ꝓpter depēdētiā essen
tialem vel naturalem coexigentiā quā habēt
ad sua fundamēta. ideo paternitas nō pōt se-
pari a sorte ipsa remanēte: ⁊ hec a duo icōue
nientia. Ad tertium inconueniens dicitur ꝙ
non est inconueniens immo est necessarium.

Quid est productio.

¶ Dubitat̄ tertio vtrum sortes habēs
plures filios habeat tot paternitates quot hȝ
filios. Et arguit̄ primo ꝙ non: q: seq̄retur ꝙ
idē homo esset plures p'es: sȝ ꝯn̄s est falsum:
igitur ⁊c. ꝯn̄a ꝓbatur: q: sicut pater vna pa-
ternitate d' pater: ita etiam ⁊ alia paternita-
te d' pater: ⁊ cū sint pl'es paternitates sequit̄
ꝙ dicet̄ pl'es p'es. ¶ Secūdo sic. ipossibile ē
plura accidētia solo nūero differentia esse in
eodē subo: ergo pl'es paternitates nō pn̄t esse
in eodē. ¶ Sȝ i oppositū arguit̄: q: correlati
ua sunt simul natura: ⁊ posita se ponūt: ⁊ per-
empta se p̄imunt: g̃ destructo vno filio ad quā
pater refert̄: destrueret̄ vna paternitas: sȝ ipe
est pater respectu alterius filij: ergo in ipso
erāt pl'es paternitates. Respōdetur breuiter
ad dubium ꝙ tot sunt paternitates in sorte
quot habet filios: et sic albedo habet tot
similitudines quot sunt albedines in mundo:
et hoc non est inconueniens. ¶ Ad rationes.

An hn̄s pl'es filios dicatur habere pl'es paternitates.

Regula de q̄stione precedenti

Ad p̄mā dr̄ ꝙ lȝ sint plures paternitates: non tn̄ est plꝰs p̄res: ⁊ ponit̄ talis regl'a. Ad multiplicationē ꝯcretoꝝ nō sufficit mulplicatio formarū: sed req̄rit̄ purificatio suppositoꝝ: et q2 sortes nō est plura supposita: iō lȝ hēat plures paternitates: non tn̄ dr̄ plures p̄res: sicut lȝ sortes habeat plures sciētias: nō tn̄ ꝓpter h̄ dr̄ plures sciētes. ℂ Ponit̄ adhuc alia regl'a. ꝙ ad multiplicationē ꝯcretoꝝ nō req̄rit̄ multiplicatio formarū: sȝ sufficit mltiplicatio suppositoꝝ: vt si vna albedo eēt in pluribꝰ rebus: ille res dicerent̄ plura alba. ℂ Ad scd̄aȝ dr̄ ꝙ verū est de accn̄tibꝰ absolutis q̄ acq̄rūt̄ p̱ verū motū ⁊ transmutationē: sicut est caliditas. ℂ Et si q̇s dicat. in aqua est caliditas: ⁊ tn̄ ibi sunt plures caliditates acq̄site p̱ verū motū ⁊ trāsmutationē. Dicit̄ ꝙ oēs ille caliditates dicunt̄ facere vnā totalē caliditatē: ⁊ nō sūt ibi diuise: ⁊ sic esse plura accn̄tia absoluta eiusdē rōnis in eodē subiecto: nō est inconueniens.

An relatiuū in cōi referat̄ ad aliqȯ correlatiuum

ℂ Sed q̄reret aliq̇s vtrū relatiuū in cōi qȯ ē genꝰ gn̄alissimū referat̄ ad aliqȯ correlatiuū. Et videt̄ ꝙ nō: q2 q̄ rōne relatiuū eēt genꝰ generalissimū: ita eēt correlatiuū: ⁊ sic eēnt plura gn̄a ad aliq̇d. Rn̄deo ꝙ relatiuū in cōi non refert̄ ad aliqȯ correlatiuum sibi adequatum. ℂ Secūdo dico ꝙ tale relatiuū refert̄ solū ꝓ suo inferiori: sicut fil'e in cōi nō refert̄ ꝓ fil'i in cōi ad fil'e: sȝ ꝓ aliq̇ inferiori: ⁊ sic relatiuū in cōi bn̄ refert̄ sed nō ꝓ se: sed ꝓ suo inferiori. Et si q̇s dicat. relatiuū dat p̄mo itelligere suū correlatiuū cōe: g̃ p̄mo refert̄. ℂ Ad illud rn̄deo ꝙ nō est tale correlatiuū eius vt cōe: nisi ip̄m vt sumptū ꝓ aliq̇ iferiori. Dico etiā ꝙ nō opȝ assignare fundamētū adequatū relatiui i cōi: q2 solū fundat̄ in illis in quibꝰ fundātur sua inferiora. Et hec de scd̄o articulo.

Cōclo rn̄salis de diffinitōe ⁊ ꝓprietate ad aliquid

ℂ Quātum ad tertiū articulū sit ꝯcl'o rn̄salis ad q̄sitū. diffinitiōes ⁊ ꝓprietates ad aliq̇d in textu sūt a pho sufficiēter assignate. ⁊ hec ꝯcl'o relinq̄tur tanq̄ ꝓbata ex p̄mo articulo. ℂ Ad rōnes ante oppositū. Ad primā dr̄ negādo ans. ⁊ ad p̄mā ꝓbationē dr̄ ꝙ relatio media iter ꝯdictoria ē ens et relatio rōnis: q̄ tamē nō cōtinet̄ sub ad aliq̇d quod est predicamentū. ℂ Ad scd̄aȝ ꝓbationē dr̄ ꝙ relatio vt est cōis relationi reali et rōnis nō est genꝰ generalissimū cū sit pure equocū: sed accepta ꝓ relatione finita actuali reali et intrinsecus adueniēte distincta a suo fundamēto est predicamentū. ℂ Ad scd̄am dr̄ ꝓ p̄ma parte ꝙ lȝ relatiuū possit denoīatiue predicari de rebus alioꝝ predicamentoꝝ: nō tn̄ ꝓpter hoc sequit̄ ꝙ nō sit genꝰ cū habeat ꝓpria inferiora de q̇bus in quid predicat̄. Ad scd̄am partē patet solutio in scd̄o dubio. ℂ Ad tertiā pȝ solutio. nā dictū est ꝙ Aristo. exēplificat de positione sessione insequēdo viā platonis. Dictū est etiā ꝙ scientia ⁊ habitꝰ sunt solū relatiua s̄m dici. ℂ Ad aliam dr̄ ꝙ nō est incōueniēs oēm rem realiter dici ad aliq̇d seu idētificari cū aliqua relatione. ℂ Ad quartā ꝓ prima parte pȝ solutio. ⁊ ꝓ alia dr̄ ꝙ relatio in abstracto nō refertur: neq3 opȝ cū sit illud quo aliq̇d formalr̄ dicit̄ referri. ℂ Ad quintā patet solutio ꝓ tribus p̄mis partibꝰ. sed ꝓ quarta dr̄ ꝙ lȝ res q̄ denoīatur pater sit prior re q̄ denoīat̄ filius: nō tn̄ pater est prior filio: nec econtra.

Quid est q̄litas

Qualitatē vo dico s̄m quā q̄ quales dicimur. Est autem qualitas coꝝ que multipl'r dicunt̄ ⁊ vna quidā species qualitatis habitus dispositioq3 dr̄. Differt aūt habitꝰ a dispositione ꝙ p̱manētior et diuturnior est. tales vo sunt scientie vel virtutes.

Istud est quītū capl'm huius tractatus in q̄ phs determinat de quarto predicamento: ⁊ diuidit̄ in tres partes p̄ncipales. ℂ In prima parte determinat de qualitate s̄m eiꝰ diffinitionē: dicēs ꝙ qualitas est s̄m quā q̄les eē dicimur. Deinde subdit ꝙ qualitas est de numero illoꝝ que multipl'r dicunt̄. i. qualitas est de numero illoꝝ que habēt multos modos vl' sp̄ēs sub se. Cuiꝰ p̄ma sp̄ēs est habitꝰ ⁊ dispositio. ⁊ differūt inter se dupl'r. primo quia habitus est p̱manētior dispōne. qȯ ꝓbat dupl'r. primo exēplo: q2 sciētie ⁊ v̇tutes q̄ sunt q̇dam habitus vident̄ esse de difficili mobiles a subiecto. Si quis eñi mediocriter sumat scientiā de difficili separat̄ ab eo nisi fiat grādis permutatio vel ab egritudine vel ab aliquo alio. Sil'r v̇tutes morales: vt iusticia ⁊ castitas nō vident̄ facil'r separari a subiecto: sȝ dispōnes sunt facil'r mobiles a subiecto: vt calor ⁊ frigiditas: egritudo ⁊ sanitas. ℂ Scd̄o probat signo: q2 in disciplinis nō multū retinētes non dicunt̄ habere habitū q̄uis habeāt dispōnē. Scd̄a differētia est: q2 habitꝰ sunt dispōnes: sed non est necesse ꝙ dispōnes sint habitus.

Habitꝰ ⁊ dispō quomō differunt

Scd̄a spēs qualitatis

ℂ Deinde ponit scd̄am sp̄ēm q̄litatis: dicēs ꝙ aliquod genus q̄litatis est naturalis potētia vel impotētia s̄m qȯ pugillatores cursores: salubres et insalubres dicunt̄: ⁊ quecūq3 dicūtur s̄m naturalē potentiā vl' impotentiā. Et q2 aliq̇s posset credere ꝙ cursor ⁊ pugillator eēnt dispōnes vel habitus: ideo remouet dubiū dicēs: ꝙ hic nō accipiunt̄ cursor et pugillator vt sunt dispositi ad illos actꝰ: vt cursor dicat̄: q2 habet artē currēdi: sȝ hic accipiūtur s̄m ꝙ habēt naturalē potentiā ad aliquid faciendū: ⁊ hoc declarat p̱ quattuor exempla. ℂ Primū est. sanatiui dicūtur q̇ hn̄t naturalē potentiā: vt nihil a q̇buscūq3 actibꝰ patiant̄. ℂ Scd̄m exemplū. egrotatiui dicūtur qui nō habēt naturalē potētiā ad nihil pati. ℂ Tertiū. durū dr̄ qȯ hȝ naturalē potentiā ad nō cito secari. ℂ Quartū. molle dr̄ quod hȝ naturalem impotētiā ad cito secari. ℂ Deinde ponit tertiam sp̄ēm qualitatis: dicēs ꝙ tertia sp̄ēs

Tertia q̄litatis spēs.

qualitatis est passio ⁊ passibilis q̄litas: vt sūt amaritudo: dulcedo: austeritas ⁊ alie species saporis: ⁊ amplius frigiditas albedo ⁊ nigredo. ⁊ ꝙ sint qualitates ꝓbat: q: ſm eas dicunƒ quales: vt mel dr̄ dulce: eo ꝙ dulcedinē suscipit. Et subdit ꝙ tales q̄litates dicūtur passibiles: nō q: subiectū earū patiaƒ aliq̄d ab eis: sed q: inferūt passionē sensib⁹ vel inferūtur a passione: vt dulcedo infert passionē gustui: et calor tactui. albedo etiā ⁊ nigredo inferunƒ a passionib⁹: vtputa a timore vel pauore. ꝓpter eni passiones fiunt multe mutationes colorū: vt aliq̄s erubescēs fact⁹ est rubeus. ¶ Deide ponit differentiā inter passiones ⁊ passibiles q̄litates dicēs ꝙ passibiles q̄litates non sunt de facili mobiles a subiecto: vt albedo a natura. sed passiones sunt que sunt de facili mobiles a subiecto: vt rubedo ꝓueniēs ex verecundia. ¶ Ponit aliam differentiā: q: passibiles q̄litates denoīant nos simplr̄ q̄les: passiones ꝟo nō. Deide declarat istas dr̄ias in passiōib⁹ ⁊ passibilib⁹ q̄litatib⁹ sic dicēs ꝙ illa q̄litas sic q̄ ē de difficili mobilis vocaƒ passibilis q̄litas: ⁊ illa q̄ de facili ē mobilis vocaƒ passio: vt si iracūdia vel ira fit de difficili mobilis vocaƒ passibilis q̄litas: si fit cito trāsiēs ⁊ de facili mobilis vocaƒ passio. Cōsequēter ponit q̄rtā spēz q̄litatis dicēs ꝙ q̄rtū gen⁹ qualitatis est forma. ⁊ circa hoc aliq̄d ꝯstans figura: vt rectitudo ⁊ curuitas ⁊ silia. Et ꝙ ille sint q̄litates vel modi qualitatū patet: quia ſm eas dicimur quales: vt ſm triangulū aliquid dicitur triangulatū: ⁊ ſm quadrāgulū quadrangulatū: ⁊ ſm rectitudinē rectū; et curuitatem curuū. ¶ Et q: aliq̄s posset credere ꝙ ista q̄tuor rarū: densum: asperū: ⁊ leue essent de ista specie qualitatis: ideo dicit ph̄s ꝙ nō sunt q̄litates: sed sunt positiōes. qđ ꝓbat per suas diffinitiones. nā dēsum est cui⁹ partes sibiīuicē ꝓpinque sunt. rarū cui⁹ partes a seinuicem distāt. asperū cui⁹ vna pars est superior ⁊ alia inferior. leue est cui⁹ partes in rectum iacent. ¶ Deinde se excusat de assignatione predictorū modorū dicēs ꝙ forte sunt alij modi q̄litatis: sed illi qui dicti sunt magis sunt vsitati. ¶ In scḋa pte determiat de denoīatiuo seu ꝯcreto qualitatis scz de quali ponēs eius diffinitionē dicens ꝙ q̄lia dicunƒ que ſm hec denoīatiue dicūtur: vt quōlibet aliter ab his. Primā partē declarat p̱ tria exēpla. primum: vt grammaticus dr̄ denoīatiue a grāmatica. Scḋm iustus a iusticia. Tertiū cādidus a candore. Scḋo declarat scḋam partē scilz ꝙ aliq̄ qualia dicanƒ a p̄dictis qualitatibus aliter q̄ denoīatiue: grā cuius dicit ꝙ duplr̄ cōtingit aliquod quale non dici quale denoīatiue. p̄mo q̄n qualitati nō est nomē impositū: vt cursor ⁊ pugillator ſm ꝙ important naturales potentias a nulla qualitate dicuntur denoīatiue: q: illis naturalib⁹ potētijs nō sunt noīa imposita: q̄uis ſm ꝙ dicūtur a dispōnibus vel habitibus dicūtur denoīatiue ab abstractis eorū quib⁹ sunt noīa imposita: vt ab arte pugillatoria dicūtur pugillatores. Scḋo contingit q̄n qualitati est nomē impositū: tamē ꝯcretū non est debite formatū ab abstracto: vt studiosus diciƒ a virtute nō denoīatiue: denoīatiue simple ſm rem ⁊ voce simul. In tertia parte principali determinat de ꝓprietatibus qualitatis que sunt tres. Quarū p̄ma est. qualitati inest ꝯtrarietas. quod ꝓbant. p̄mo de qualitatib⁹: vt iusticia ꝯtrariatur iniusticie: et albedo nigredini. Scḋo de qualib⁹: quia iustū ꝯtrariaƒ iniusto: ⁊ albū nigro. ⁊ subdit ꝙ contrarietas nō inest oībus qualitatib⁹: q: rubeū: pallidū: ⁊ ceteri colores medij nō habēt contrariū. Et dicit ꝙ si vnū cōtrariorū fuerit quale: reliquū erit quale. nam si iustū contrarietur iniusto et istud sit quale: iniustū etiam erit q̄le. ¶ Scḋa ꝓprietas. qualitas suscipit magis ⁊ min⁹. qđ ꝓbat tribus exēplis. nam albū diciƒ magis ⁊ minus albū: ⁊ calidū diciƒ magis vel min⁹ calidū: ⁊ iustū magis ⁊ minus iustū. et subdit ꝙ non cōuenit oībus qualitatibus. ⁊ p̄mo dubitāt. nā dubiū est an iusticia dicatur magis vel minus iusticia: vel sanitas: vel grammatica. ¶ Deinde ostendit ꝙ non cōueniat qualitati quarte speciei: ⁊ hoc dubitāter: q: triangulus vel circulus aut aliqua aliarū figurarum non suscipit magis ⁊ minus: nec in cōcreto: nec in abstracto. quod ꝓbat: quia quecūq; recipiunt diffinitionē trianguli vel circuli equalr̄ sunt trīāguli vel circuli: ⁊ sic de aliīs figuris. q̄ ꝟo non recipiūt diffinitionē trīāguli vel circuli nō dicūtur magis vel minus trīāgulus vl' circulus. ¶ Deinde ponit tertiā ꝓprietatē qualitatis dicēs ꝙ ꝓpriū est qualitatis ſm eā sile vel dissimile dici: hoc cōuenit solis q̄litatib⁹: q: ſm solas qualitates ⁊ nō ſm aliquid aliud diciƒ aliq̄d simile vl' dissimile. ¶ Finaliter remouet vnū dubiū: quia posset aliq̄s dicere ꝙ ph̄s in determinādo de q̄litatib⁹: multa interposuit de relatiōib⁹: ideo videƒ incōueniēter determinasse de hoc predicamēto. Cui⁹ dubitationis ponit duas solutiōes. Prima ē ꝙ in pluribus talib⁹ gn̄a sunt ad aliq̄d: ⁊ tn̄ eorum spēs ⁊ indiuidua nō sunt ad aliq̄d: vt disciplina est ad aliq̄d: sed grāmatica nō est ad aliq̄d: ideo in talibus genera sunt ad aliquid ⁊ non spēs. Et ista solutio nō videtur esse de mēte eius: quia dicit in quarto thopicorū ꝙ si gen⁹ sit ad aliquid: spēs erit aliquid. Deide ponit aliam solutionē dicēs ꝙ non est incōueniens idem esse quale ⁊ respectiuū. nō quidē vniuoce: sed equiuoce acceptum.

Recipit aūt facere ⁊ pati cōtrarietatē: ⁊ magis ⁊ min⁹: Calefacere eni ad frigidū facere: cōtrariū est: ⁊ calefieri ad frigidū fieri ⁊ delectari ad contristari. Idcirco recipit cōtrarietatem et magis et minus.

Passiōes ⁊ passibiles qualitates quō dr̄nt.

Quarta q̄litatis spēs.

Qualis diffinitio

Qualitatis ꝓprietates

Scḋa qualitatis ꝓprietas

Tertia qualitatis ꝓprietas

Actiōis et passionis ꝓprietates.

I St ud est vltimū caplm huius tractatus in quo pħs breuiter determinat de sex vltimis ꝑdicamētis. Et diuitur in duas ꝑtes. In prima ponit duas ꝓprietates actionis ⁊ passiōis dicēs ꝙ agere ⁊ pati recipiūt ꝯria: ⁊ etiā magis ⁊ minus. primam ptē ꝓbat: qꝛ calefacere ꝯriaꝛ huic qd est frigefacere: ⁊ calefieri huic qd est frigefieri. Secūdā ptē ꝓbat: qꝛ aliqd dꝛ magis vel min⁹ calefieri. ¶ In scdā pte excusat se de alijs qtuoꝛ gñibus dicēs ꝙ de alijs ꝑdicamētis nihil vltra q̄ dicta sunt intēdit dicere.

An q̄litatꝭ ꝓprietates diffinitōes ⁊ spēs assignētur sufficiēter.

Q Ueritur vtrum diffinitiones spēs ⁊ ꝓprietates q̄litatis sint a pħo sufficienter assignate. ¶ Arguif primo ꝯ oppositū: qꝛ nullum equiuocū ē gen⁹: s; q̄litas est equiuocū: igif. minoꝛ pꝫ ꝑ pħm in textu dicētē: q̄litas est de numero illoꝝ q̄ multiplr dicūtur. Itē q̄litas est trāscendēs: cū ꝺria subalis q̄ est in pdicamento sube sit qualitas: qꝛ ſm eā dicimur quales ⁊ silr ꝓpria passio. ⁊ gñalr oīe accñs dꝛ q̄litas cū ꝑdicef in quale. ¶ Scdo sic. nulla est qualitas ſm quā dicimur q̄les: igif diffinitio nō est bona. añs pꝫ: qꝛ ſm qualitatē q̄ est in sorte nō dicimur quales. nec ſm illam q̄ est in platone. ⁊ sic de alijs. Itē quale diffinif ꝑ qualitatē: igif q̄litas nō dꝫ diffiniri ꝑ q̄lc. qꝛ aliter idē eēt noti⁹ ⁊ ignoti⁹ respectu eiusdē. ¶ Tertio sic ꝯ spēs qualitatis. pꝛio sic: cuiuslibet gñis tm̄ sunt due spēs: g̃ hic male assignantur q̄ttuoꝛ. ¶ Scdo sic: qꝛ idem nō pōt esse in diuersis spēbus: nec diuerse spēs possunt in abstracto de eodē verificari: igif. Itē vel illa duo q̄ assignātur ꝓ vna spē sicut habitus ⁊ dispositio: sunt eadē vel diuersa. si eadē g̃ male coiungūtur ꝑ coniūctionē: cū ꝯiūctio denotat diuersitatē extremoꝝ: si diuersa non erūt species qualitatis. ¶ Quarto sic. illud qd equaliter dicitur de qualitatibus prime spēi scdē ⁊ tertie ⁊ formis subalib⁹ nō pōt pōi q̄rta spēs q̄litatis: s; forma ē hmōi: qꝛ qualitates pme scdē ⁊ tertie speciez dicūtur forme. ¶ Quīto sic ꝯtra ꝓprietates q̄litatꝭ. nā si vna q̄litas ꝯtrariaref alteri q̄litati: vt nigredo albedini: aut g̃ albedo ⁊ nigredo q̄ sunt: aut albedo ⁊ nigredo q̄ nō sunt: vel albedo q̄ est ꝯtrariaf nigredini q̄ nō ē: aut ecōtra. Nō pmū: quia albedo ⁊ nigredo q̄ sunt semꝑ sunt in diuersis subiectis: nec se expellūt ab eodē subiecto. Nec pōt dici scdm̄ aut tertiū: cū ꝯtrarietas sit oppositio entis ad ens. Scdo ꝯtra scdaꝫ ꝓprietatē: qꝛ qualitas ꝯsistit indiuisibili: vt pꝫ ꝑ diffinitionez auctoris sex pncipioꝝ dicentis ꝙ forma est cōpositioni cōtingens simplici ⁊ inuariabili essentia cōsistēs. Tertio contra tertiā: qꝛ ſm similitudinē dicimur similes: ergo nō est maxime ꝓpriū qualitati ſm eam silē vl̄ dissimile dici. ¶ In oppositū ē pħs in textu. In q̄one sicut i ceterꝭ erūt tres articlī.

Quid est foꝛa ſm auctorē sex pncipioꝝ.

¶ Quantū ad primū sciēdum est pꝛio ꝙ ꝑdicari in quale pōt capi dupl̄r. vno modo gñaliter: siue ꝑdicef in quale essentiale siue accidentale: ⁊ isto modo dꝛ ⁊ passiones ⁊ oīa accidentia possunt dici qualitates: cum pdicentur in concreto in quale. Alio modo capitur specialiter pro illo quod ꝑdicatur in quale accidentaliter: sic ꝙ non in q̄rtum nec in quotū: nec ſm aliū specialem modū ꝑdicandi ꝑdicatur: ⁊ sic sola qualitas dicitur ꝑdicari in quale. ¶ Et aduerte ꝙ diffinitio qualitatis datur ꝑ quale tanq̄ per aliqd notius nobis. sed quale diffinitur per qualitatē tanq̄ per aliqd notius ſm naturā. ¶ Aduerte vlterius ꝙ duplex est multiplicitas: seu aliqd dicif de aliqbus multiplicif dupliciter. vno mō multiplicitate significatoꝝ: ⁊ sic equiuocū dicif esse multiplex. alio modo multiplicitate suppositorum seu inferioꝝ: quēadmodum supꝰius dꝛ de suis iferioꝛib⁹. ⁊ tali multiplicitate qualitas dꝛ multiplr. ¶ Ex istis pꝫ ꝙ diffinitio qualitatis dꝫ sic intelligi. Qualitas est forma accñtalis vel dispō ſm quā vel sibi similez in specie aliqd natuꝫ ē dici q̄le. Ex quo sequif ꝙ ibi capif plurale. s. dicunf ꝓ singl̄ari. s. ꝓ dꝛ: qꝛ aliter diffinitio nō eēt bona: cū ſm nullam q̄litatē dicamur q̄les. Dicif scdo ꝙ diffinitio qualiū sic est intelligenda. Qualia dicunf que ſm hec. i. ſm qualitates denoiatiue dicūf simplc denoiatiōe ſm rē ⁊ vocē siml̄: vel quōlibet aliter ab his. i. vel denoiatiōe q̄ nō est ſm rē ⁊ vocē sil̄: s; solū ſm rē vel solū ſm vocem.

Predicari in quale acceptiōes.

Multiplicitas est duplex

Intellect⁹ diffinitōis qualitatis.

Intellect⁹ diffinitōis qualium

¶ Sciēdū est scdo ꝓ declaratiōe duaꝝ primarū specierū qualitatis ꝙ habit⁹ multiplr accipif. Uno modo vt est quoddā postpꝛedicamentū habēs plures modos sub se: vt postea videbif. Scdo modo accipif ꝓ respectu alicuius habit⁹: vt respect⁹ tunice ad rē habitātā: ⁊ sic ē vnū ꝑdicamētū. Tertio modo capif ꝓ aliquo positiuo cū ꝓuatiue oppōif ꝓuatio: quēadmodū dicif ꝙ visui opponitur cecitas. Alio modo capif ꝓ qualitate disponēte subiectum ad bene vel male operandū ⁊ difficulter mobili a subiecto: ⁊ sic capif in textu. Etiā dispositio capif dupl̄r. Uno modo large ꝓ qualitate disponēte subiectū ad bene vel male operandū: siue sit de difficili mobilis a subiecto siue nō: ⁊ sic est supꝰius ad habitū. Et videf sic accepisse pħs in textu cū dicit ꝙ oīs habitus est dispositio: sed nō ecōtra. Alio modo capif stricte ꝓ qualitate disponēte subiectū ad bene vel male operandū: ⁊ de facili mobili a subiecto. ⁊ sic capit pħs in textu cum ponit differentiam inter habitū ⁊ dispositionem. ¶ Ex quo sequitur ꝙ habitus ⁊ dispositio sic capta nō differūt: nisi in q̄rtū vnū est difficiliter mobile a subiecto: ⁊ aliud faciliter quod nō videf variare spēm. ¶ Sed pro secūda specie suppōnif ꝙ naturalis potētia capitur multiplr. vno modo ꝓ potētia qua quis potest aliquid facere: quēadmodū dicimus ꝙ visus est potē

Habit⁹ multiplex est

Dispōnis acceptiōes

Naturalis potētie acceptiones

tis visiua: auditus potentia auditiua: ⁊ sic nō capit̃ hic. Alio mō capit̃ ꝓ q̃litate qua quis pōt aliq̇d facere: siue talis q̃litas infuerit nobis a natura siue non: ⁊ sic nō capit̃ hic. Alio mō capit̃ ꝓ abilitate vel dispōne seu prōptitudine inexistente nobis a natura ꝑ quā sum⁹ abiles ⁊ prōpti ad aliq̇d faciendū. Ex quo pꝫ ꝙ cursor inꝙtum est in ista spē q̃litatis dicit nihil qd̄ hꝫ naturalē abilitatē ad bene currendū ⁊ nō qd̄ hꝫ artē currendi. Et naturalis impotētia nō ē nisi q̄dā inabilitas vel indispositio inexistēs nobis a natura ꝑ quā aliq̇s ē impotēs ad aliq̇d opandū. Ex quo sequit̃ ꝙ ista q̄ reponūt̃ in ista spē q̃litatis nō sunt nisi abilitates vł inabilitates inexistētes nobis a natura. Ex quo sequit̃ falsitas illoꝝ q̇ dicunt ꝙ in ista spē q̃litatis reponūtur oēs ꝓprie passiones: qd̄ falsum est: qꝛ ꝓpria passio est in illo p̄dicamēto reductiue in quo est illd̄ cuius est passio. Sed in prima spē q̃litatis reponuntur oīes actus potētiaꝝ: vt audire: videre: intelligere: velle: dicūt t̄n aliq̇ ꝙ act⁹ ⁊ spēs potētiaꝝ sensitiuaꝝ sunt in tertia spē qd̄ parū ē curandū. Itē oēs scie ⁊ oēs v̄tutes ⁊ oēs spēs intelligibiles sunt in prima spē. Ex q̄ sequitur ꝙ isti termini intelligere: audire: videre: velle: important veras qualitates: lꝫ ꝓpter modū significādi dicātur v̄ba actiua. Ex q̄ sequit̃ ꝙ multa sunt v̄ba actiua que nō significāt actionē sed veram qualitatem.

Propa passio inq̄ reponit̃ p̄dicamento.

Quid importãt isti termini videre: audire: intelligere velle ⁊c.

In quo differt passio ⁊ passibilis qualitas.

¶ Sciendū est tertio ꝙ s̄m cōem modum loquēdi passio ⁊ passibilis q̃litas differūt: nā passio importat q̃litates appetit⁹ sensitiui vel forte etiā intellectiui ꝓut tales q̃litates sunt facilr̃ introducibiles ⁊ remobiles a subo: vt timor: iracūdia: v̄ecūdia: dolor: delectatio. capit̃ q̄nqꝫ t̄n ly passio large: vt se extendit ad qualitates sensibiles vel facilr̃ remobiles a subis. ¶ Sꝫ passibilis q̃litas capitur ꝓ q̃litate sensibili vt ē difficiliter remobilis a subo. Ex quo sequitur ꝙ in ista tertia specie reponuntur oēs qualitates sensibiles: vt omnes soni: oēs colores: oīes sapores: oīes odores: caliditas: frigiditas: humiditas: et siccitas: ⁊ etiam species sensibiles: vt lumen. omnes qualiditates appetitus sensitiui: vt verecundia: dolor: timor: ⁊ sic de aliis. ¶ Sed ꝓ quarta specie qualitatis supponitur ꝙ forma potest capi dupliciter. Uno modo vt dicitur ab informando: ⁊ sic omne illud quod informat alquid dicitur forma. et sic non capitur in textu. Alio modo capitur specialiter vt cōuertitur cum figura et sic capit̃ hic. ¶ Unde dicunt aliqui ꝙ figura non est nisi quedā qualitas ꝯās terminationem ⁊ ordinē partium q̄ntitatis adinuicem: sꝫ probabiliter potest dici ꝙ figura non est nisi ordo partium ad partes loci vel ad totum sic ꝙ figura proprie est in predicamendo positionis seu situs: sed dicitur poni quarta species qualitatis seu mod⁹ qualitatis; quia habet quēdam modū predicādi qualitatis de prima substantia seu quēdaꝫ modum essendi in prima substātia de quo alias in phisica videbitur. ¶ Ex quo sequitur ꝙ ista quattuor que hic assignantur a philosopho debent magis dici modi qualitatis q̄ species. ⁊ hoc expresse videtur velle scotus. Unde mod⁹ differt a specie: quia vltra speciē cōnotat seu importat aliquem accidentalitateꝫ vel in predicando vel in essendo.

Forme duplex acceptio

Modus quō differt a specie

¶ Sciendum est quarto ꝙ vt visuꝫ est in textu tres sunt ꝓprietates q̃litatis. Pria. qualitati cōuenit habere cōtrariū: vt iusticia cōtrariat̃ iniusticie. Pro quo est aduertēdum ꝙ cōtrarietas i. proposito capitur dupliciter. vno modo large ꝓ repugnātia aliquoꝝ duoꝝ ad esse i eodē subiecto: siue illa sint positiua: siue vnū sit positiuū ⁊ reliquū priuatiuū: siue se expellant actiōe ꝓprie dicta siue nō. ⁊ sic iusticia ⁊ iniusticia cōtrariātur. Iniusticia t̄n potest capi triplr̃. vno modo negatiue vt idē est ꝙ non iusticia: ⁊ sic iusticia ⁊ iniusticia opponūtur ꝯtradictorie. Alio modo priuatiue pro negatione iusticie in subiecto apto nato: et sic opponūtur priuatiue vel cōtrarie: capiēdo cōtrarietatē large vt se extendit ad priuatiuam oppositionē. Alio modo capitur cōtrarie: ⁊ sic importat habitū oppositū habitui iusticie: et fere sic dicatur de oīibus talibus terminis. Alio modo capitur cōtrarietas ꝓprie et stricte pro repugnātia duarū formarū se expellētium ab eodē subiecto actiōe ꝓpria cuiusmodi est repugnantia inter quattuor qualitates primas. ⁊ sic dico ꝙ talis ꝓprie cōuenit solum qualitati: sed nō omni: ⁊ sic nō capit̃ in textu: quia tunc iusticia ⁊ iniusticia nō cōtrariarent̃: nec albedo ⁊ nigredo: quia albedo et nigredo non se expellunt ab eodē subiecto actione ꝓpria: sed solum actione suarū causarum. Sed pro secūda ꝓprietate supponit: vt alās visum est. ꝙ suscipere magis non est aliud q̄ perfici in sua entitate: que perfectio fit per additionem gradus seu partis perfectionalis ad partem: sic ꝙ illud quod habꝫ plures gradus seu partes perfectionales in eodē loco ⁊ s̄m dicitur magis tale: ⁊ per ꝯtrariū dicitur suscipere minus. Ex quo patet ꝙ solū qualitates dicuntur ꝓprie primo ⁊ per se suscipe magis et minus. ¶ Sed ꝓ tertia ꝓprietate est aduertendum ꝙ ly scdm̄ in secunda proprietate dicit circūstantiam fundamentalem ⁊ non formalem: quia formaliter s̄m nullam qualitatē dicimur similes: sed similitudine dicit̃ aliquid formaliter simile: licꝫ bene s̄m qualitates fundamentaliter seu tanq̄ fundamento dicimur similes. Unde proprie similitudo fundatur solum in qualitatibus: nam similitudo ꝓprie nō videtur esse aliud q̄ cōuenientia aliquoruꝫ in qualitate. Ex quo sequitur ꝙ illa que non habent qualitatem non dicuntur esse similia. Et residuum debet exponi conformiter: sicut fuit expositum in tertia proprietate quātitatis.

Qualitatis tres ꝓprietates

Cōtrarietatis acceptiones,

Iniusticie acceptiōes

Quid ē suscipe magis ⁊ minus

Forma quō dꝛ suscipe re magis ⁊ minus

¶ Quantū ad scḋm articulū dubitatur primo quō aliqua forma dicaẗ suscipe magis ⁊ minus. de quo dubio sunt diuerse opiniōes. ¶ Prima opinio est ꝙ forma intendiẗ ⁊ remittiẗ ꝑ hoc ꝙ magis ⁊ minus ꝑmisceẗ suo ꝯrio: ita ꝙ q̄to mag̃ ꝑmisceẗ suo ꝯrio tāto ē min⁹ talis: ⁊ quāto minus ꝑmisceẗ: tanto est magis talis. Et hec opinio probaẗ auctē philosophi iij. topicorū dicētis ꝙ q̄cūqꝫ sunt impꝑmixtiora ꝯtrarijs sunt magis talia: vt albi⁹ est qḋ ē nigro impꝑmixtius. Sꝫ ꝯtra hoc arguiẗ: quia multe sunt forme que intēduntẗ et remittūtur que nō habēt ꝯtrariū: igiẗ. Añs ptꝫ de lumie cui nihil est ꝯtrariū. patet etiā de visione beatifica cui nihil est ꝯtrariū: et de multis alijs q̄ tū intēdunẗ ⁊ remittunẗ. Itē sequereẗ ꝙ nullus posset acq̄rere virtutē aliquā quin acquireret vitiū: qꝛ illā in summo nō acq̄rit: ḡ erit ꝑmixta ꝯtrario. Ideo r̄ndetur ad auctoritatē phi ꝙ phs per ꝑmixtionē contrarij: intelligit quēdam accessum si͞litudinis ad cōtrariū: ita ꝙ sit sensus: quecūqꝫ sunt permixtiora cōtrarijs. i. minus accedūt ad cōtrariū sunt magis talia: vt illud est albi⁹ qḋ est nigro impꝑmixti⁹ id est ad nigrū min⁹ accedēs. ¶ Alia ē opinio que ponit ꝙ forma intēditur ⁊ remittitur ſm dispositionē subiecti in quo est: ita ꝙ si subiectum sit magis dispositū: forma erit intensior: ⁊ si sit minus dispositum: forma erit remissior. Sed cōtra hanc opinionē arguitur ꝙ forme spūales intēdūtur ⁊ remittūtur: ⁊ tamē non requirūt aliquā dispositionē ꝑuiā in subiecto. ¶ Itē sequereẗ ꝙ forma separata a subiecto nō posset intendi: quod est falsum: igitur. ¶ Tertia opinio est ꝙ forma intēdiẗ ⁊ remittiẗ ꝑ maiorē vel minorē radicationē quam hꝫ in subiecto. ¶ Sed ꝯtra hoc arguiẗ: quia tūc sequereẗ ꝙ vbi forma eēt magis radicata: ibi subiectū eēt magis tale: ꝯñs est falsum: ⁊ falsitas apparet in multis ꝑ experientiā: qꝛ videm⁹ aliquos nigros a natura: ⁊ aliquos nigriores ꝓ aliquo tēpore: igiẗ. Etiā rubedo causata ex verecundia aliquando est intensior q̄ rubedo causata a natura: et tamen rubedo causata ex verecūdia est minus radicata q̄ rubedo causata a natura. Ideo relictis istis opinionib⁹ tanq̄ falsis poniẗ opinio vera: dicēs ꝙ forma diciẗ suscipe magis ⁊ minus ſm ꝙ plures vel pauciores gradus vel partes ꝑfectionales hꝫ in eodē loco ⁊ situ se penetrātes adinuicē. ita ꝙ bene sequiẗ. ista forma suscipit magis: ergo habet plures gradus vel partes ꝑfectionales se penetrantes in eodē subiecto ⁊ situ. Et aduerte ꝙ iste gradus seu partes ꝑ quas aliq̇d diciẗ suscipe magis ⁊ min⁹ sunt semꝑ eiusdē speciei inter se ⁊ cū forma que dꝛ suscipe magis ⁊ minus: vt albedo dꝛ maior albedo ꝑ partes ꝑfectionales: quarū q̄libet est q̄litas. Ex quo patet ꝙ gradus nō est aliud q̄ pars perfectionalis eiusdē speciei cū illa forma cui⁹ est gradus. Unde nunq̄ aliq̇d dꝛ magis tale nisi per aduētū alicui⁹ partis vel gradus forme.

Grad⁹ diffinitio

¶ Et aduerte ꝙ isti gradus nō dicunẗ se penetrare indiuisibiliṫ: sed diuisibiliṫ. sic ꝙ vnus totalis gradus penetret totū aliū gradū ⁊ ꝑs partē: sed nō quelibet pars quālibet partem: nisi forte essent in subiecto indiuisibili. ¶ Et si q̇s arguat. nulla forma dꝛ suscipe magis vel min⁹: igiẗ. Añs ꝓbaẗ: quia vł esset forma que p̄fuit ante aduentū gradus vel forma q̄ de nouo acquiriẗ. Non forma q̄ prius fuit: qꝛ illa nō hꝫ plures gradus q̄ prius: nec forma q̄ de nouo acquiriẗ vt notū est. R̄ndeẗ ꝙ de rigore ſmonis ista est falsa: forma dꝛ suscipe magis ⁊ minus: vt bene ꝓbat argumentū. similiṫ ista forma intēdiẗ. Sed debet capi in isto sensu ꝙ forma composita ex gradu de nouo acquisito ⁊ gradibus precedētib⁹ est ꝑfectior q̄ forma q̄ prius fuerat: qꝛ forma q̄ p̄fuerat nō est nisi ꝑs illius forme q̄ de nouo ſm partē acquiriẗ. Et si q̇s dicat. q̄libet forma q̄ intendiẗ hꝫ infinitas partes cū quodlibet diuisibile sit diuisibile in infinitū: ḡ vna nō est intensior nec perfectior q̄ sit alia. R̄ndeẗ ꝙ q̄libet habet infinitas partes ꝓportionales: nō tñ infinitas partes equalis ꝑfectionis inter se ſm quas forma diciẗ esse intensior vel remissior.

¶ Dubitaẗ scḋo vtrū intētione forme primus gradus corrūpatur in aduētu secūdi gradus. Ad hoc respōdent aliq̇ ꝙ quando forma intenditur aduenīēte scḋo gradu ṗor gradus corrūpitur. quod ꝓbāt. ṗmo sic: qꝛ termini motus sunt incōpossibiles: sed gradus forme p̄cexistēs ⁊ sequēs sunt termini mot⁹: qꝛ prim⁹ est termin⁹ a quo: ⁊ scḋs est termin⁹ ad quē. Itē illi gradus sunt eiusdē specie: ḡ nō sunt cōpossibiles in eodē subiecto: qꝛ accidētia solū nūero differētia nō possunt eē simul in eodē subiecto. Item si gradus precedens maneret tūc forma mutareẗ de gradu in gradum: ⁊ sic esset subiectū trāsmutatiōis: qḋ est falsum. ¶ Sed his rōnibus nō obstantibus aliter respōdetur scꝫ ꝙ in intētiōe forme gradus precedēs nō corrūpitur in aduētu secūdi gradus. quod patet per exēpla de luminibus duarū candelarū: illa duo lumina simul in medio cōgregata ⁊ simul manētia reddūt mediū luminosius q̄ faceret lumē vnius cādele. ideo patet ꝙ per additionē gradus ad gradum in eodē subiecto totū redditur intētius. Non videtur etiā a quo talis gradus p̄cexistēs corrūpatur. Non eñ potest dici ꝙ a gradu sequēti cū sint eiusdē rōnis nec ab agente cū ab eodem agente possint ꝓduci tales gradus: ideo ad rōnes prime opinionis. ¶ Ad primā dꝛ ꝙ termini mot⁹ sunt duplices. quidā sunt intrinseci ⁊ immediati: qui nō sunt aliud q̄ ṗuatio ⁊ forma seu habitus talis ṗuationis. Et isti sūt incōpossibiles. ¶ Alij sunt mediati ⁊ extrinseci: ⁊ tales sunt bñ adinuicē cōpossibiles: sicut sunt gradus p̄cexistens ⁊ gradus sequens. ¶ Ad secundam patuit solutio alias quomodo duo accidentia solum numero differētia possunt esse simul in eodem subiecto: ⁊ hoc in ca-

An primus grad⁹ corrūpaẗ intētione forme in aduentū secundi

Termini motus acceptiones.

pitulo ad aliquid. ¶ Ad tertiā dr̄ q̄ aliquid dr̄ mutari dupl'r. vno modo subiectiue: sicut est subiectū qd̄ recipit aliquā formā. Alio modo terminatiue: quēadmodū forma que acquirit. Dico tñ q̄ gradus preexistēs nullo istorū modorū mutat: q2 de rigore ista nō concedit forma intendi: vt visum est in dubio precedēti.

An gradus q̄b⁹ forma intēdit realiter distinguantur

¶ Sed restat paruū dubiū. vtrū isti gradus p quos forma dicit intēdi distinguant real'r. ¶ Respōdetur breuiter q̄ sic: quia qñ aliqua sic se habēt q̄ vnū actual'r pducit reliquo nō pducto: et vnū potest corrumpi reliquo remanente illa distinguūtur realiter: sed grad⁹ isti sunt hmōi: igit. Dico tñ q̄ ex ipis pot fieri et de facto fit vna totalis forma: iō hñt vnionē et penetrationē adinuicē in eodem subiecto et etiam in eadem parte subiecti.

Quid sint sex vltima pdicamēta de q̄b⁹ phs parū loq̄t

¶ Dubitat tertio q̄d sint sex vltia predicamēta de q̄bus arist. parū locutus est. Respōdetur p aliquas ppōnes. Prima. sex vltima pdicamēta nō sunt entitates absolute: sed sunt respect⁹ extrinsec⁹ aduenīētes.

Quid est actio predicamētalis

¶ Secūda ppō. actio predicamentū nō est nisi respectus agētis ad passum: et passio est respect⁹ patientis ad agens. et nō est actio neq3 passio illa forma que pducit ab agēte in passum: vt quādo ignis pducit caliditatē in aqua illa caliditas nō est actio: sed magis est termin⁹ saltē immediat⁹ actionis.

Quid est passio pdicamētalis

Et hoc modo copula signa vlia z particula-
ria z adiectiua adiectiue tẽta sunt termini. im
mo breuiter omne illud ex quo ɔstituitur ppõ
siue sit cathegoreuma siue sincathegoreuma
dr terminus. Alio mõ capit stricte pro extre
mis terminãtibus ppõnez. s. p subiecto z pre
dicato. z sic capit hic. z dz sic intelligi. terminus
est illud i qd tãqz i extremũ ppõ cathegorica
est imediate resolubilis mediate copula hba
li. z hoc modo capitur. hic terminus. et dr ime-
diate ad remouẽdũ lras z syllabas: qr lz ppõ
resoluatur mediate in lras z syllabas: non ta
mẽ imediate. ideo littere z syllabe nõ dñr ter-
mini. Etiã lz ppõ hypothetica resoluat in ter
minos mediate non tñ imediate: sed resoluit
immediate in ppões seu improportionabi-
lia [illegible]nibus. ¶ Et aduerte q lz terminus or-
d[illegible]ture precedat propõnẽ nõ tamẽ ordi-
ne doctrine. immo ipa ppõ precedit: quia in
diffini[illegible]õe termini ponitur propõ: ideo prius
oport[illegible] scire ppõnẽ qz terminũ cuz diffinitio
debea[illegible] esse notior suo diffinito.

Termini acceptiones.

¶ Sciendũ est qrto q p declaratiõe
diffinitiõis sillogismi supponit prio q in eius
diffinitione ponitur oratio loco generis: z lz
nõ sit oratio cathegorica ẽ tñ orõ hypotheti-
c[illegible] z in hoc ɔuenit cũ alijs spẽbus argumẽta-
tiõis. z põit i q qbusdã ad drlaz enthimema

Orõ quare ponitur i diffinitione silli.

tis in quo nõ ponitur nisi vna ppositio.z ponitur posit? qd tãtum valet sicut dispositꝰ ad driam inductõis z exépli in quib? ppõnes nõ sunt ordinate in mõ z figura. Per h etiã exci piũtur cõbinatiões inutiles. z ponit de necessitate accidit qd nõ dz capi prie intẽtionalr:ꝫ scḋe intẽtionalr vt tãtuz valet sicut h cõplexuz in ɔña bona z necessaria: ita ꝙ sit sensus.

Quid est sillꝫ. Sillꝫ est oro in qua qbusdã posit?.i.disposit? aliud.f.ɔclusio sequit de necessitate in ɔña bona z necessaria. ¶ Et aduerte ꝙ vt iã visuz ẽ

Quid est sillus cathegoric? sillꝫ cathegoric? nõ est ppõ cathegorica:ꝫ est ppõ hypothetica rõnalis vel ɔditionalis: vt si ois hõ est aial z petr? est hõ: ꝗ petr? est aial. vñ stat aliqñ esse bonũ sillm z esse falsaꝫ rõnalez: vt ois hõ est lapis: petr? est hõ: ꝗ petr? est lapis. ibi est bon? sillꝫ. z tñ est falsa rõnalis cũ ad ṽitatẽ ei? requirat vtraqꝫ pte ei? esse verã. aliqñ etiã ẽ ṽa rõnalis vbi ẽ mal? sillꝫ. ex ifꝫ sequit ꝙ nõ ois sillꝫ est ɔstitut? ex ppõnib?: vt si ois hõ curreret z petr? esꝫ hõ: ꝗ petr? curreret. ibi est bon? sillꝫ z nõ ɔstituit ex ppõib? cũ nulla pmissaꝝ ei? sit ṽa vel falsa. ex quo sequit ꝙ dabilis est bon? sillꝫ: cur? nec aña nec ɔña est ppõ: z p ɔña tales ppões nõ sunt ɔcedẽde neqꝫ negãde. Aduerte finalr ꝙ sillꝫ põt

Sillꝫ qt modis dz pfect?. dici pfect? duplr. vno mõ pfectiõe essentiali: z sic ois sillꝫ bon? siue prie figure siue scḋe siue tertie figure est pfect? cũ cuilibꝫ tali cõueniat diffinitio sillogismi: z sit bona ɔña z formalis. Alio mõ dz pfect? seu dia pfect? pfectiõe accidẽtali q̃ est pfectio euidẽtie: ita ꝙ ille dicat pfect? qui euidẽter z manifeste ɔcludit ɔclonez seu qui imediate regulat p dici de oi vel p dici de nullo: z sic soli sillogismi prie

Quid est sillꝫ impfectus. figure sunt pfecti. z ille dz impfect? qui immediate non regulatur p dici de oi aut p dici de nullo. Et hec de primo articulo.

Sillꝫ simplr dict? an sit subꝫ scie istoꝝ libroꝝ priorum. ¶ Quãtuz ad scḋm dubitatur primo vtrũ sillꝫ simplr dictus sit subm scie istoꝝ libroꝝ prioꝝ. Et videt ꝙ nõ: q2 subm alicuius scie dz partialr causare noticiã suã: ꝫ sillꝫ simplr dictus non pt causare noticiã suã cum nõ sit: igit nõ est subm hui? scie. Itez vel p sillm simplr intelligis sillm cõem ad sillm demonstratiuum dialecticuꝫ z sophisticũ vel aliquid aliud: ꝫ nullũ istoꝝ est dicẽdum. nõ primũ: q2 talis sillogismus est subm tot? logices: vt pꝫ p cõiter loquẽtes. nec scḋm: q2 nõ videt quis

Silli acceptiões sillꝫ esset cũ sibi debeat ɔuenire diffinitio sillogismi q̃ ɔuenit omni sillo. Pro solutiõe supponitur pmo ꝙ sillꝫ põt capi duplr. vno mõ prime intẽtionaliter: z sic nõ est aliud ꝗ sillꝫ mẽtalis vocalis vel script?. Alio mõ capitur scḋe intẽtionaliter. z sic nõ est nisi quoddã intentionale qd p intellectũ attribuit supple p

Simplr i silli diffinitiõe quo capit. denolationem sillogismo mentali vocali vel scripto: z tũc est subiectũ hui? scie. ¶ Supponitur scḋo ꝙ qñ dz sillogism? simplr ibi lr sim pliciter põt capi vt tantũ valet sicut vlr vel indeterminate seu incontracte vlr: q2 est cõe ad oẽs alios sillogismos indeterīatus vel incõtractus: q2 post ꝗ est cõe ad oẽs alios sillogismos ꝗtuz est de se nõ determinat? ad aliquã materiã illoꝝ: puta neqꝫ ad materiã pbabilem. i. ad ppões pbabiles: neqꝫ ad ppões veras neqꝫ ncẽarias neqꝫ ɔtingẽtes: ꝫ indifferẽter põt fieri ex oĩbus talib? ppõnib?: siue sint vere siue false siue necessarie siue ɔtingẽtes vel ĩpossibiles. z ad hoc ostẽdẽduz aristo. sillogisauit p terminos nõ significatiuos: puta p litteras: respicit tñ ꝙ tales ppões sint

Quid in sillo inuenitur. disposite i mõ z figura. ¶ Supponitur tertio ꝙ in sillo duo inueniũtur scꝫ modus z figura q̃ dicũtur principia formalia sillogismi. inueniũtur etiã ppões ex quib? fit talis sillꝫ q̃ dicũtur principia materialia sillogismi. Et sm hoc pt dici pbabilr ꝙ sillogism? põt determinari z diuidi p duplices drias: scꝫ p drias q̃ sequũtur formã sillogismi seu pĩcipia formalia sillogismi. z sic dico pbabiliter ꝙ sillꝫ sm tales drias diuidit in barbara celarent darij z ferio. vñ sicut sillꝫ vlr captus nõ respicit vtruꝫ ppões ex quib? fit sint ṽe vel false: neqꝫ barbara neqꝫ celarẽt: ꝫ solũ dispõnem ppõnum. Põt etiã diuidi p drias materiales z ɔsequẽtes materiã sillogismi seu ppões. Et sic dico ꝙ sillꝫ diuidit in sillogismũ demõstratiuũ dialecticũ z sophisticũ saltez peccãtem in materia tñ: q2 sillꝫ sophistic? peccãs in forma nõ est sillꝫ. Et sic pꝫ quõ sillꝫ põt hre plures species. quasdã q̃ ɔstituũtur p drias formales. i. ɔñales formã sillogismi seu dispõnez ppõnũ. z qsdam q̃ constituũtur p drias materiales. i. ɔñtes ppões. qꝫ tñ talis dria põt dici dria essentialis. ¶ Aduerte tñ ꝙ spẽs q̃ ɔstituunt p drias materiales includũt seu psupponũt alias spẽs formales. z non pt esse sillꝫ demõstratiuus quin sit in mõ z figura: nec etiã dialeticus. Et p hoc põt rñderi ad rões. ¶ Ad primã dz ꝙ non opꝫ in sciẽtijs rõnalibus ꝙ subiectũ causet suã noticiã: vt alꝫ iam visum est. ¶ Ad aliam dz ꝙ sillꝫ cõis ad sillm demonstratiuũ z dialecticũ z etiã ad barbara celarẽt darij: z sic de alijs. est subm hui? scie. Et qñ dz ꝙ talis est subiectũ to: ius logice. dz ꝙ non est verũ vt alꝫ visum est: sed modus sciẽdi est subiectũ totius logice.

Bon? sillogismus quõ regulatur. ¶ Dubitatur scḋo vtrũ ois bonus sillogism? regulet p dici de oi vel p dici de nullo. Et videt ꝙ non: q2 sillꝫ expositori? est bonus sillꝫ: z tñ nõ regulat neqꝫ p dici de oi neqꝫ per dici de nullo: q2 in sillo expositorio medium dz esse singulare singlr tentũ sub quo nihil pt subsumi. Scḋo sic. multi sunt silli hypothetici boni quoꝝ nullus regulat p dici de omni: aut p dici de nullo. Item silli ɔcludẽtes ɔclusionem de modo loquẽdi incõsueto sunt boni silli: z tñ nõ regulãtur neqꝫ p dici de omni neqꝫ p dici de nullo. Itez silli scḋe z tertie figure sunt boni silli z ɔsequẽtie formales: z tñ non regulãtur p dici de oi neqꝫ per dici de

Dici de oi quot modis capit. nullo: igit. ¶ In oppositũ videtur esse aristoteles. pro cuius solutione est aduertẽdum ꝙ

dici de omni dupli͛ accipitur. vno modo pro ꝓpõne vli in qua subm cõplete distribuitur. ꝛ sic in quolꝫ bono sillogismo cathegorico de medio cõi in quacũqꝫ figura fuerit dũ mõ sit modus affirmatiu⁹ reperit͛ dici de oi ꝛ in negatiuo reperit͛ dici de nullo captuꝫ ꝓ ꝓpõne vli in qua subm distribuit͛ distributiõe cõpleta ꝛ ꝑfecta. Alio mõ capit͛ dici de oi aut dici de nullo ꝓ principijs relatiuis seu ꝓbatiuis ꝯñe ꝛ ei⁹ euidẽtie vt dici de oi ꝑ isto pricipio. quicqd dr̃ de subo distributo in maiore dr̃ de quolꝫ ꝯtẽto sub eo in ꝯclone. Et dici de nullo ꝑ isto pricipio qcquid remouet͛ a subo distributo i maiore remouet͛ a quolꝫ ꝯtẽto sub eo i ꝯclone. Et sic dico ꝙ capiẽdo dici de oi ꝛ dici de nullo isto mõ soluꝫ q̃ttuor primi mõi prime figure regulãtur ꝑ dici de oi vel ꝑ dici de nullo. vñ sillm regulari ꝑ dici de oi nõ est aliud q̃ꝫ de ipo ꝟificari istud principiũ quicqd dr̃ de subo distributo i maiore dr̃ de quolꝫ cõtẽto sub eo in ꝯclone. Sed sillm regulari ꝑ dici de nullo nõ est aliud q̃ꝫ de ipo ꝟificari istud principiũ quicqd remouet͛ a subo in maiore remouet͛ a quolꝫ ꝯtẽto sub eo i ꝯclone.

Quid est sillꝫ regulari ꝑ dici de oi.

Quid est sillꝫ regulari ꝑ dici de nullo.

¶ Et aduerte ꝙ dr̃ia est iter ꝓpõem vlez ꝛ ꝓpõnez esse de oi: q2 ad ꝓpõnez vlem sufficit ꝑdicatũ dici de quolꝫ ꝯtẽto essentialr̃ sub subo. Sꝫ ad ꝓpõnez esse de oi requirit͛ ꝙ ꝑdicatũ dicat͛ de quocũqꝫ dr̃ subꝫ siue illud ꝯtineat͛ essentialr̃ sub subo siue nõ. Et istud exprimit͛ ꝑ istud cõplexuꝫ de quocũqꝫ veꝝ est dicere. vñ ista ꝓpõ ois essentia diuina est pater. si sit vlis est ꝟa: q2 ꝑdicatũ scꝫ pater dr̃ de quacũqꝫ essentia diuina cũ non sit nisi vna. Si aũt ipsa sit de oi est falsa. ꝛ est sensus. de quocũqꝫ veꝝ est dicere ꝙ est essentia diuina verum est dicere ꝙ est pater: ꝛ illa est falsa cũ de filio sit verũ dicere ꝙ est essentia diuina. Et dico vlterius ꝙ ad hoc ꝙ sit bon⁹ sills affirmatiu⁹ nõ sufficit alteram ꝑmissaꝝ esse vlem. Sed requirit͛ ꝙ sit de oi. Ex hoc dr̃ p2io ꝙ silli prime figure directe ꝯcludẽtes manifester ꝛ imediate regulãtur ꝑ dici de oi ꝛ ꝑ dici de nullo: q2 de ipsis ꝟificãtur p2icipia supradicta. Dicit͛ scdo ꝙ sillogismi p2e figure indirecte ꝯcludẽtes nõ regulãtur imediate ꝑ dici de oi vel ꝑ dici de nullo: ſꝫ solũ mediate ꝛ reductiue. Dicit͛ tertio ꝙ silli scde ꝛ tertie figuraꝝ nõ regulãtur imediate ꝑ dici de oi vel ꝑ dici de nullo: ſꝫ solũ mediate: puta reducẽdo eos ad modos p2ie figure. Et aduerte ꝙ quãdo tales sillogismi reducũtur semꝑ debent manere consimiles termini: sed non opꝫ ꝙ maneãt ꝯsimiles ꝓpões: ideo dr̃ in textu ꝙ sills imꝑfectus est qui vni⁹ aut plurium indiget q̃ sunt necessaria ꝑ sumptos terminos ꝛ nõ ꝑ sumptas ꝓpões.

Que dr̃ia est iter ꝓpõnẽ vlez ꝛ ꝓpõnez esse de oi.

¶ Dubitatur tertio an sillogismus expositorius siue affirmatiu⁹ siue negatiuus teneat i qualꝫ figura: ꝛ an ꝯclusio sit de essentia sillogismi. Cõtra primã ꝑtem ar͛. iste sills est expositori⁹ in tertia figura. ista essentia diuina est pr̃: ista essentia diuina est filius: ergo filius est pater: ꝛ tñ non valet cuꝫ añs sit veꝝ ꝛ ꝯñs falsuꝫ: igr̃. ¶ Scdo sic. nõ sequitur. iste hõ vel asinus est asin⁹: ꝛ iste hõ vel asin⁹ est hõ: ergo hõ est asin⁹. ¶ Tertio sic. nõ seq̃tur. isti⁹ hois ocul⁹ est dexter: ꝛ isti⁹ hois ocls est sinister: ergo oculus sinister est ocul⁹ dexter: ꝛ tñ arguit͛ expositorie: igr̃. Quarto sic. nõ sequit͛ sortes est aial: ꝛ asinus nõ est sortes: ergo asin⁹ nõ est aial. ¶ Quinto sic. nõ sequit͛ aial est sortes ꝛ asinus nõ est sortes: ergo asinus nõ est aial: ergo sills expositorius nõ est bon⁹. ¶ In oppm arguit͛ auctoritate oim logicoꝝ dicẽtium sillogismũ expositoriũ esse bonũ. Pro solutiõe est aduertendũ ꝙ sills expositori⁹ est sills cui⁹ mediuꝫ est termin⁹ singularis singulariter ꝛ vniuoce tẽt⁹. Et est duplex: scꝫ affirmatiu⁹ ꝛ negatiu⁹. Affirmatiuus cui⁹ quelꝫ ps est affirmatiua. Negatiu⁹ cui⁹ vna ꝑmissaꝝ est negatiua. Et aduerte ꝙ ad h̃ ꝙ sillogism⁹ expositori⁹ sit bonus tres ꝯditiones requirũtur. Prima est. ꝙ mediũ sit termin⁹ singularis singulariter ꝛ vniuoce tẽt⁹: defectu cui⁹ nõ sequit͛. iste hõ vel asinus est asin⁹: ꝛ iste hõ vel asinus est hõ: ergo homo est asin⁹: q2 singularisatur solũ prima ps disiũcti. Si aũt totũ disiũctum singularisaretur vel equoce capiat͛ in ꝑmissis: tũc ꝯña non valet: vel capit͛ vniuoce: ꝛ tũc ꝯña est bona: ſꝫ sicut ꝯclusio est falsa: ita ꝛ altera ꝑmissarum. ¶ Scda ꝯditio est. ꝙ mediũ in altera ꝑmissaꝝ sit totale extremũ: defectu cuius in tertio argumẽto ante oppositũ non est sillogismus expositorius. Tertia est. ꝙ a ꝑmissa affirmatiua in qua ponit͛ hmõi terminus singularis ad vnã de oi valeat ꝯña. vel ad vnam de nullo si sit negatiua: defectu cui⁹ in p2io argumento añ oppm nõ est sillogism⁹ expositori⁹. vñ duo sunt principia relatiua sillogismorum expositorioꝝ. vnũ ꝑ affirmatiuis. Et ẽ istud. q̃cũqꝫ vni ꝛ eidem sunt eadẽ illa inter se sunt eadẽ. ꝑ negatiuis est istud q̃cũqꝫ negãtur de eodẽ. tertio illa negãtur de seinuicẽ. ¶ Aduerte vlterius ꝙ iste ꝓpões multũ differũt. sillogismus expositorius valet in qualꝫ figura: ꝛ in qualꝫ figura valet sillogism⁹ expositori⁹. nam p2a est falsa cũ null⁹ sit sillogism⁹ qui fiat in tribus figuris: ꝛ tñ scda est ꝟa. Ex istis dr̃ ꝙ in qualꝫ figura valet sillogism⁹ expositorius tã affirmatiuus q̃ꝫ negatiu⁹: seruatis tribus ꝯditiõibus prius dictis. Et etiã saluãdo qd̃ qñ arguitur expositorie in sillo negatiuo nõ arguatur a nõ distributo ad distributũ: q2 tunc non bñ argueretur: ſꝫ ad bñ ꝯcludẽdum dꝫ cõcludi cõclusio de modo loquẽdi inconsueto: vt sic arguẽdo. sortes est aial: asin⁹ nõ est sortes: ergo asinus aial nõ est: ꝛ nõ sic: ergo asinus nõ est aial. Et ꝑ hoc pꝫ solutio ad duo vltima argumẽta ãte oppositũ. ꝛ ꝑ ꝯñs ad oia argumẽta. Ad scdam ꝑtem qõnis rñdetur ꝙ sills põt capi dupli͛. vno mõ ꝓ ꝑmissis tñ quẽadmodũ capit aristo. in scdo prioꝝ. Et sic dico ꝙ ꝯclusio nõ est de essentia silli. Alio mõ capitur pro aggregato ex ꝑmissis ꝛ cõclusione si-

An sills expositori⁹ teneat in qualꝫ figura. ꝛ an conclusio sit de essentia silli.

Quid est sills expositorius ꝛ quot modis capit͛.

Quot cõditiões requirũtur ad sillꝫ expositoriũ.

Quot sũt principia silli expositorij.

Sills q̃t modis capitur.

mul. ⁊ tunc dico q̃ conclusio est bene de essentia sillogismi cum sit vna pars ipsius sillogismi. Et hec de secundo articulo.

Cōclusio responsalis de diffinitione ⁊ diuisiōe propositionis sillogismi ⁊ termini.

¶ Quantū ad tertiū sit ɔclusio respōsalis q̃ diffinitiones ꝓpōnis termini ⁊ sillogismi: ⁊ etiaʒ diuisio ꝓpōnis sunt sufficienter assignate a philosopho: vt pʒ in primo articulo. ¶ Ad rōes ante oppositū questionis. Ad primā scdā ʒ tertiā ⁊ quartā patuit solutio in primo articulo. ¶ Ad quintā dr̄ q̃ enthimema eē sillm̄ pt intelligi dupl'r. vno mō formaliter: ⁊ sic nō est verū. Alio mō virtualiter puta ꝑ appōnē vni⁹ premisse: ⁊ sic bene verū est.

¶ Sequitur textus.

¶ Qm̄ autē ois ꝓpō est aut de inesse: aut necessario inesse: aut ɔtingēter inesse. Harꝝ autē he quidē affirmatiue: ille xo negatiue ꝫm vnāquāqꝫ allocutionē. Rursum aūt affirmatiuarꝝ ⁊ negatiuarum: alie sunt vniuersales: alie particulares: quedam indefinite.

Istud ē tertiū capitulū hui⁹ tractaus in quo determinat de cōuersione ꝓpōnū de inesse. Et diuiditur in tres ptes. In prima ponit tres diuisiones ꝓpōnū. ¶ Prima. ꝓpōnū cathegoricaꝝ: alia de inesse: alia de necessario: ⁊ alia de ɔtingēti. Et sub ꝓpōne de ɔtingēti cōprehēdit ꝓpōnē de possibili. ⁊ ꝑ ꝓpōnē de necessario ꝓpōnē de impossibili ex eo q̃ necessariū ⁊ impossibile ɔuant adinuicem. ¶ Scda diuisio ꝓpōnū cathegoricaꝝ de simplici copula siue sint de inesse siue de necessario siue de ɔtingēti. alia est affirmatiua ⁊ alia negatiua. ¶ Tertia diuisio ꝓpōnū cathegoricaꝝ simplicis quantitatis. alia est vlis. alia particularis. ⁊ alia indefinita ¶ In scda pte ponit quattuor regulas ɔuersionū ꝓpōnū de inesse. Quaꝝ prima est talis. vlis negatiua ɔuertit vliter in vlēʒ negatiuā: vt nulla voluptas est bonū: ergo nullū bonū est voluptas. Secūda regula. vlis affirmatiua conuertitur in terminis in particularē affirmatiuam: vt si ois voluptas bonum est: quoddam bonum est voluptas. ¶ Tertia regula. particularis affirmatiua conuertitur in particularē affirmatiuam: vt si quedam voluptas est bonum: quoddam bonum est voluptas. ¶ Quarta regula. particularis negatiua nō ɔuertitur in terminis: qꝛ non oportet q̃ si aīal non sit homo: q̃ hō non sit aīal. In tertia parte ꝓbat predictas regulas. ¶ Et primo primam: qꝛ ex opposito consequentis infertur oppositū antecedētis. nam si aliqd̄ bonum est voluptas: aliqua voluptas est boum: qd̄ est oppositum aīitis: scʒ istius. nulla voluptas est bonū. ¶ Secūdam regulā ꝓbat: qꝛ si nō sequatur tūc ɔtradictorium ɔñtis: scʒ ista: nulluʒ bonū est voluptas stabit cū antecedēte. Et ad istā nullum bonū est voluptas sequitur ista nulla voluptas est bonum que est contraria istius omnis voluptas est bonum. ⁊ per cōsequens duo ɔtraria erūt simul. Tertiam regulā ꝓbat: qꝛ si nō sequatur tūc duo ɔtradictoria erūt simul vera: qꝛ tūc ɔtradictorium ɔñtis: scʒ nullū bonum est voluptas stabit cuʒ aīte ⁊ ad ipsum sequitur ista: nulla voluptas est bonū. que est ɔtradictoria istius quedam voluptas est bonum. ¶ Quartā regulam ꝓbat: qꝛ nō opʒ q̃ si aīal nō sit homo: q̃ hō non sit aīal.

Diuisio propositionum. Subdiuisio earuʒ.

Regule ɔuersionum propositionum de inesse.

Probationes predictaꝝ regularum

¶ Sequitur textus.

¶ Eodem aūt modo habetur ⁊ in necessario ꝓpōnib⁹. nam vlis qdeʒ priuatiua vlr̄ conuertitur: affirmatiuaꝝ aūt vtraqꝫ particulariter. nā si necesse est a. nulli b. inesse: necessario b. nulli a. inerit. Si enim alicui b. a cōtingit ⁊ a. alicui b cōtingit.

Propōes de necessario qño ɔuertūt.

¶ Istud est quartuʒ caplm̄ huius tractatus in quo pħs determiat de cōuersione ꝓpositionum modaliū. Et diuiditur in duas partes principales. In prima determinat de conuersione ꝓpositionum de necessario dicēs q̃ propositiones de necessario eodē modo cōuertūtur sicut ꝓpōes de inesse puta vlis negatiua in vlem negatiuam: vniuersalis affirmatiua in particularē affirmatiuā: ⁊ particlaris affirmatiua in pticularē affirmatiuā. De vli negatiua ꝓbat. qꝛ bene seqtur nullū b. esse a. est necesse: ḡ nullū a esse b. est necesse. qꝛ si nō sequatur oppositū cōtradictoriū ɔsequentis. s. aliquod a. esse b. est necesse stabit cum antecedēte. Et vltra sequitur aliquod a esse b. est necesse: ergo aliqd̄ b esse a est necesse. qd̄ est oppositum contradictorium antecedentis. ¶ Deinde probat de vniuersali affirmatiua ⁊ particulari affirmatiua: qꝛ ex opposito contradictorio consequentis sequitur oppositum antecedentis: nam si non sequatur oīe b. esse a. est necesse: vel aliqd̄ b esse a. ē necesse: ḡ aliqd̄ a. eē b est necesse: tūc ɔtradictoriū consequētis stabit cum aīcedēte. ⁊ ad ip̄m sequitur contradictorium antecedētis: igitur. ¶ Et aduerte q̃ in ꝓposito nō loqtur aristoteles de modalib⁹ diuisis: qꝛ aliter ɔuertūtur vt videbit i q̄stione: sed solū loquitur de modalibus ɔpositis. Et adhuc nō loqtur de cōuersione taliuʒ que est mutatio pricipalis pdicati in subiectum ⁊ econtra: sed de conuersione que attenditur ex parte dicti. ¶ In secūda parte determinat de cōuersione propositionum de cōtingenti. Et dicit primo q̃ contingens capitur tripliciter. Primo modo vt est necessariuʒ. Secūdo modo qd̄ non est necessariū neqꝫ impossibile. Tertio modo ꝓ omni illo quod nō est impossibile. Et dicit prīo q̃ affirmatiue de ɔtingēti vtroqꝫ modo capto: scʒ de cōtingenti pmo ⁊ tertio modo capto eodeʒ modo cōuertūtur sicut ille de inesse: vt bene seqtur. oīe b esse a est cōtingēs: ergo aliquod a esse b, est contin

Cōtigēs capit' tripliciter.

gens: qꝛ ex opposito ꝯtradictorio ꝯñtis infertur oppositũ añtis. nã bene sequit: nullũ a. eẽ b. est ꝯtingens: ergo b nõ esse a. est ꝯtingens. qd̾ est ꝯdictoriũ añtis. ¶ Deinde determinat de negatiuis dicens ꝙ negatiue de contingenti saltẽ de pͥmo ꝛ tertio modis siłr ꝯuertunt sicut ille de inesse vel sicut de necessario: vt bene sequit: nullũ hoiem esse equũ est ꝯtingẽs: ergo nullũ equũ esse hoiez est ꝯtingẽs: qꝛ ex opposito ꝯdictorio ꝯñtis sequit oppositũ ꝯdictoriũ añt͛. sꝫ negatiue de ꝯtingenti scd̾o mõ dicto nõ siłr ꝯuertũt sicut ille de necessario: sꝫ magis ꝯuertunt in oppositã qualitatẽ. Consequenter remouet vnũ dubiũ. dubitaret eñi aliqs vtrũ ista esset negatiua. nullum b. esse a est ꝯtingẽs. Rñdet ꝙ tales nõ sunt negatiue sꝫ hñt figurã affirmatiuã: h̾ est sunt simpłr affirmatiue: qꝛ copula pͥncipalis nõ negat. ꝛ ꝙ sint affirmatiue ꝓbat: qꝛ sicut se hꝫ eẽ in illis de inesse: ita mod⁹ in modalibus: sꝫ ꝓpositio de inesse est affirmatiua si copula ei⁹ nõ negetur: ergo modalis de ꝯtingenti erit affirmatiua si mod⁹ nõ negetur. vñ si pħs ꝑ ly ꝯtingit intelligat modũ ꝛ loquat de modalib⁹ cõpositis: tũc ratio sua nõ valet: qꝛ mod⁹ in modalib⁹ ꝯpositis nõ se hꝫ sicut eẽ i illis de inesse cuꝫ sp̄s sit subꝫ vel p̄dicatũ materiale. dicit ergo ꝙ ꝑ ly ꝯtigit intelligit modũ ꝛ cũ h̾ v̾bũ qd̾ vnit predicatũ materiale cũ subõ: vult eñi dicere ꝙ in modalib⁹ ꝯpositis si v̾bũ qd̾ vnit predicatũ materiale cum subiecto non negetur. hoc est si negatio non feratur ad modum ꝛ ad verbum ꝓpositio non erit negatiua: sed affirmatiua.

Negatiue de contingenti quomodo conuertunt.

Dubium de ista nullum b esse a est ꝯtingens

Queritur vtrũ regule de ꝯuersione ꝓpõnũ de inesse sint a philosopho sufficienter assignate. Et arguit pͥmo ꝙ nõ. ꝯuersio nõ est possibilis: igit. añs ꝓbat: qꝛ cõuersio est qñ de subiecto fit predicatuꝫ ꝛ econtra: sed de subiecto nũꝙ̃ potest fieri predicatum nec econtra: igitur. Secundo sic arguit. in conuertente ꝛ conuersa nõ manẽt iidẽ termini: ergo nulla est ꝯuersio. añs ꝓbat: qꝛ voces ꝓlate semel non possunt iteruꝫ ꝓferri: igit. ¶ Tertio sic arguit ꝯtra primã regulã: qꝛ nõ sequitur nullus hõ est omne aial: ergo nullũ aial est hõ. nec sequit. ois hõ suba nõ est: ergo ois suba hõ non est. Siłr nõ sequitur. null⁹ hõ est mulier: ergo nulla mulier est hõ. siłr nõ sequitur. nullus homo est sp̄es: ergo nulla sp̄es est hõ. Siłr nõ sequitur. nullus mur⁹ est in lapide: ergo nullus lapis est in muro. etiã non sequit. nulla essentia diuina est generãs: ergo nullũ generans est essentia diuina: cũ in oibus istis añs sit verũ sine ꝯñte. ¶ Quarto sic ꝯtra scd̾am ꝛ tertiã regulã. pͥmo ꝯtra scd̾am: qꝛ quotiẽs arguit a termino supponente cõfuse tñ ad ip̄m supponẽtem determinate non valet ꝯña: sꝫ sic arguit ſm scd̾aꝫ regulã: igit. Scd̾o sic ꝯtra tertiã regulã. ista est particularis affirmatiua. aliquis hõ est mortuus: ꝛ tñ non ꝯuertitur in istã: ergo aliqd̾ mortuũ est homo: qꝛ ꝯuertẽs est falsa. ¶ Quinto sic arguitur ꝯtra quartaꝫ regulã: qꝛ bene sequitur hõ non est asinus: ergo asinus nõ est hõ: ergo ꝑticularis negatiua ꝯuertitur in ꝑticulareꝫ negatiuã. Etiã bene seqtur. hõ nõ est aial: ergo homo aial nõ est. ¶ In oppositũ arguit auctoritate pħi in textu. In questione erũt tres articuli. Quãtum ad primum

Utrum regule de conuersione propositionum de inesse bene assignentur a philosopho.

¶ Sciẽduꝫ est primo ꝙ cõuersio põt capi dupłr. vno mõ prime intẽtionałr quẽadmodũ dicimus malũ ꝯuerti in bonũ. aquã in vinũ. Alio mõ capit scd̾e intentionałr. ꝛ hoc dupłr. vno mõ vt attribuitur terminis quẽadmodũ dicim⁹ ꝙ hõ ꝛ risibile ꝯuertũtur. vñ illi termini dñr ꝯuerti adinuiceꝫ q̇ de seinuicem vłr affirmant: vt hõ ꝛ risibile. Alio mõ attribuit ꝓpõnib⁹: ꝛ h̾ tripłr ſm ꝙ ꝓpões dñr ꝯuerti ad seinuicẽ tripłr. vno modo: qꝛ ꝯponũtur ex terminis ꝯuertibilib⁹ quẽadmodũ diceremus ꝙ iste due ꝓpões ꝯuertũtur. ois hõ est alb⁹: ꝛ oẽ risibile est albũ. Scd̾o mõ. ꝓpões dñr ꝯuerti in oppositam qualitateꝫ sicut sunt ꝓpões de cõtingenti ad vtrũlibet de qb⁹ satis visum est in scd̾o periarmenias. Alio mõ ꝓpões dñr ꝯuerti in terminis: quia de subõ fit predicatũ ꝛ de p̄dicato subm: vt hõ est aial: ergo aial est hõ. ¶ Et aduerte ꝙ p̄dicatum mutari in subiectũ vel ecõtra pt intelligi dupłr. vno mõ capiẽdo subm ꝛ p̄dicatũ scd̾e intẽtionałr. Alio mõ capiẽdo subm ꝛ p̄dicatũ prime intẽtionaliter: ꝛ tunc subm mutari in p̄dicatũ vel econtra põt intelligi dupłr. vno mõ ꝙ termin⁹ qui ponit añ copulã fiat termin⁹ q̇ ponit post copulã. ꝛ sic nõ ẽ intelligendũ. Alio mõ ꝙ term⁹ q̇ denoiabat subm qñ ponebat añ copulã denoiet p̄dicatũ vel ei⁹ sinonymũ. ꝛ sic ẽ itelligẽdũ. Et diffinit sic cõiter. Cõuersio est duaꝝ ꝓpõnũ vtroqꝫ termino ꝑticipãtiũ ordine ecõuerso vni⁹ ad alterã formalis ꝯña. Ex quo pꝫ ꝙ ꝑ hoc ꝙ dr̄ formalis ꝯña: ꝙ tñ sũt due ꝯuersiones. s. simplex ꝛ ꝑ accñs: qꝛ ꝯuersio ꝑ ꝯpositionẽ nõ ẽ formał ꝯña: qꝛ nõ seqt ois hõ ẽ currẽs: ergo oẽ nõ currẽs ẽ nõ hõ. cũ añs sit veꝝ ꝛ ꝯña falsuꝫ. nã antitꝑs est nõ currẽs ꝛ tñ nõ est nõ hõ. ꝛ ꝓpter hoc aristoteles nõ enũerauit eaꝫ inter alias ꝯuersiones. Et aduerte ꝙ ad talẽ ꝯuersionẽ tria reqͥrunt. s. ꝯuersa que ẽ antecedẽs. ꝛ ꝯuertens q̇ est consequens. ꝛ nota illatiõis que denotat vnam sequi ad aliam.

Cõuersio qt modis capit.

Quot modis capit ꝯuersio secũdẽ intẽtionałr capta.

Cõuersio qt modis dr attribui ꝓpõnibus.

Quõ itelligit subꝫ mutari in p̄dicatũ.

Diffinitõ ꝯuersiõis

¶ Sciendum est secundo ꝙ soluende sunt alique difficultates. Prima. vtꝝ ꝯuersio sit possibilis. Et videt ꝙ nõ: qꝛ ibi ẽ bona cõuersio. hõ est asinus: ergo asin⁹ est homo. ꝛ tñ talis nõ est possibilis: qꝛ tam añcedẽs ꝙ̃ ꝯña sunt impossibilia. etiã qualitercũqꝫ per ip̄am significat esse impossibile est ita esse. Respondẽt aliqui ꝙ aliqua cõuersio est necessaria: vt ista hõ est aial: ergo aial est homo. Aliqua ꝯtingẽs: vt hõ currit: ergo currẽs ẽ homo. Et aliq̃ ẽ impossibilis vt homo est asinus: ergo asin⁹ est homo. Aliter tamẽ dicitur ꝙ ꝯuersio ẽ possibilis ꝛ necessaria. ꝛ ꝙ nulla ẽ ipossibilis neqꝫ

An ꝯuersio sit possibilis.

contingēdo: qꝛ qualitercūqꝫ ꝑ ꝯuersionē significat̃ significatiōe totali ꝛ ꝓpositionali possibile ꝛ necesse est ita esse. Un̄ ꝑ ꝯuersionem significatiōe totali significat̃ ꝙ habitudo sequele añtis ad ꝯñs est necessaria: iō ista hō est asinus: ergo asinus est hō nō significat hoīem esse asinum significatiōe totali: sꝫ significat talē habitudinē añtis ad ꝯñs esse necessariā quēadmodum significāt alie ꝯñe. ¶ Alia difficultas quō debēt ꝯuerti ꝓpōnes in qbus ponūtur ꝓnoīa p̄me ꝛ scd̄e ꝑsone. R̄ñdetur ꝑ aliqs ꝓpōnes. ¶ Pꝛima ꝓpositio. ꝓpō in qua subijcitur ꝓnomen p̄me vel scd̄e ꝑsone a ꝑferēte ipsam pōt eodem mō ꝯuerti sicut qcūqꝫ alia: vt ista ego sum iohānes: ergo iohannes est ego. ¶ Scd̄a ꝓpositio. ꝓpō in qua subijcitur ꝓnomen p̄me vel scd̄e ꝑsone manēte identitate cathegoreumatum vocaliū non pōt a quocūqꝫ alio q̄ȝ a ꝑferēte eodē mō ꝯuerti sicut ꝛ alie. Si tñ maneret identitas cathegoreumatum mentaliū posset a quocūqꝫ alio eodē mō conuerti: vt patebit in practica. Posset tñ poni vnus mod' subtilis supponēdo ꝙ añs ꝛ ꝯñs semꝑ debeāt fieri ab eodem: ita ꝙ si aliqs peteret alicui ꝯuerte istā ego sum iohānes. aliter nō dꝫ r̄ñdere iohānes est ego: qꝛ tūc vn' faceret añs ꝛ ali' ꝯñs. Sed deberet r̄ñdere tu petis nūc ꝙ ego ꝯuertam istā ego sum iohannes: sic dꝫ ꝯuerti ego sū iohānes: ergo iohānes est ego: ꝛ tūc est bona ꝯñtia: sed sicut ꝯñs est falsum: ita ꝛ añs.

Quō conuertūtur ꝓpōnes in quib' ꝓnoīa p̄me ꝛ secūde ꝑsone ponuntur.

¶ Sciēdum est tertio ꝙ incidūt alie difficultates. pꝛima. q̄liter debeāt ꝯuerti ꝓpōnes in quib' ponūtur termini obliqui. ¶ Pꝛo cuius solutiōe supponitur ꝙ ꝓpōnes de terminis obliquis sunt in multiplici dr̄ia. q̄dam eñ sunt de v̄bis impersonalibus: ꝛ alie de verbis ꝑsonalibus. Item illaꝝ q̄ sunt de v̄bis impersonalibus. q̄daꝫ sunt de v̄bis impersonalibus actiue vocis: ꝛ q̄daꝫ passiue vocis. vñ tenendum est ꝑ regula ꝙ oēs ꝓpōnes de teris obliquis ꝛ v̄bis impersonalib' siue actiue vocis siue passiue vocis anteq̄ȝ ꝯuertātur debēt resolui in ꝓpōes de v̄bis ꝑsonalibus ꝛ teris rectꝭ ꝛ postea ꝯuerti: vt ista tedet aīam meam vite mee. dꝫ sic resolui: aīa mea hꝫ tedium de vita mea. ꝛ tūc sic ꝯuertitur: ergo habēs tediū de vita mea est aīa mea. Silr̄ ista. me penitet peccati. sic resoluit̃. doleo de pctō: ꝛ tūc sic ꝯuertitur dolens de pctō est ego. regi interest bñfacere: sic resoluit̃. aliquid spectās ad regem est benefacere: ergo bñfacere est aliqd spectās ad regem. Si v̄o tales sint de v̄bis impersonalibus passiue vocis etiā sunt resoluende: vt cāpana pulsatur: ꝛ sic resoluitur cāpana pulsat̃ ab aliquo: ꝛ sic ꝯuertitur: ergo qđ pulsatur ab aliquo est cāpana. Silr̄ ista: lectio legit̃ sic resoluit̃. lectio legitur ab aliquo: ergo qđ legit̃ ab aliquo est lectio. Si v̄o sint de verbo ꝑsonali ꝛ hmōi obliquus ponatur in pꝛincipio dictionis: ꝛ sit determiatio nō accepta vnica acceptione: vt ista cuiuslibet hoīs asin' currit: tūc obliquus dꝫ mutari in rectum: ꝛ rectus dꝫ poni ꝑ pꝛedicato: ꝛ totū residuum cū hoc addito aliquid: vt ista sic ꝯuertitur aliquid cui' asinus currit est hō. vel pōt dici ꝛ clari' ꝙ tales etiā ꝓpōnes debēt ꝯuerti sicut ille de rectꝭ: vt ista sic dꝫ ꝯuerti: ergo currēs est asinus hoīs.

Quō conuertūtur ꝓpōes in qbus termini obliq ponūtur.

¶ Secūda difficultas quō ꝯuertitur ista: essentia diuina est generās non pōt dici ꝙ ꝯuertat̃ in istam: ergo nullum generās est essentia diuina. cuꝫ añs sit veꝝ ꝛ ꝯñs falsuꝫ. r̄ñdetur ꝙ ly generās pōt capi dupl'r: scꝫ substātiue ꝛ adiectiue. Si capiatur substātiue tūc bñ ꝯuertitur: sꝫ sicut ꝯñs est falsuꝫ: ita ꝛ añs. Si capiat̃ adiectiue tūc dat intelligere subm̄: scꝫ essentia: ita ꝙ totuꝫ p̄dicatū est essentia generās: ꝛ tūc nō bñ ꝯuertitur. nullū generās est essentia diuina: sꝫ dꝫ sic ꝯuerti: ergo nulla essentia generās est essentia. ¶ Et si quis q̄rat quō ꝯuertit̃ ista. nullus hō falsē est aīal. Dico ꝙ nō dꝫ ꝯuerti in istam: ergo nulluꝫ aīal falsē est hō cuꝫ añs sit veꝝ ꝛ ꝯñs falsum: sꝫ sic: ergo nihil qđ est falsē aīal est hō. Et si quis dicat de p̄ciso p̄dicato non fit p̄cise subꝫ: ergo nō bñ ꝯuertitur. R̄ñdetur ꝙ duplex est conuersio, quedā est ꝓpꝛia qñ de p̄ciso subiecto fit p̄cise pꝛedicatum ꝛ econtra: nihil addendo neqꝫ remouendo. Alia est impꝛopꝛia seu reductiua qñ subiecto vel pꝛedicato additur aliquid.

Dubium de ꝯuersione istius nulla essentia diuina est generās.

Acceptiones ꝯuersionis.

¶ Sciēdum est quarto ꝙ tertia difficultas est de ꝯuersione aliquaꝝ ꝓpōnuꝫ. Et primo de ista nullū a est pꝛedicatū: posito casu ꝙ a nō sit p̄dicatuꝫ in aliqua ꝓpone. si dicatur ꝙ ꝯuertitur in istā: nullum p̄dicatū est a. cōtra: qꝛ añs est verum ꝛ ꝯñs falsum cū in ꝯsequēte a sit p̄dicatum. R̄ñdetur negando ꝙ ꝯñs sit falsum: ꝛ etiam ꝙ ꝯsequēs sit: qꝛ hoc repugnat casui: ideo repugnat ꝙ ista ꝓpositio sit nullum p̄dicatū est a. Et si dicatur ista nullū a est p̄dicatum. ꝯuertitur in istā. nullū pꝛedicatū est a. ergo illa ꝯuersio est: ꝛ ꝑ ꝯñs tam añs q̄ȝ ꝯñs erunt. R̄ñdetur in v̄itate ꝙ tam añs q̄ȝ ꝯñs sunt: tñ qꝛ repugnant casui: ideo vtrūqꝫ dꝫ negari. Scd̄o de ista. ad equitādum requirit̃ equus. dicūt aliqui ꝙ pꝛimo debet resolui in istam. impossibile est equitare sine equo: ꝛ tūc sic ꝯuertitur: ergo equitare sine equo est impossibile. Alij dicunt ꝙ ex quo istud v̄bum requirit̃ confundit terminuꝫ q' in ipso includitur aliqđ sincathegoreuma qđ non est ps neqꝫ p̄dicati neqꝫ subiecti: ideo opoꝛtet ipsam resoluere in vnā in qua nō ponatur: ideo resoluit̃ in istam. ad equitāduꝫ ꝯueniēs est equus: ergo ꝯueniēs ad equitāduꝫ est equus. ¶ Tertio de ista. semper fuit homo. R̄ñdetur ꝙ debꝫ sic resolui. omni tp̄e fuit homo: ꝛ postea sic conuertitur: ergo aliquo tp̄e existens fuit homo. Et si quis dicat. ille ꝓpōnes nō participāt oꝛdine ecōuerso. Respōdeo ꝙ immo: cuius ratio est: qꝛ illud qđ est subm̄ in vna est simile p̄dicato alterius: ideo participant oꝛdine ecōuerso: qꝛ ad hoc ꝙ ꝓpōnes participēt oꝛdine ecōuerso: nō opꝫ ꝙ illud qđ

Dubium de aliqrū ꝓpōnum ꝯuersiōe.

ponitur ante copulam in vna ponatur pcise in alia: sȝ qđ illud qđ est subm in vna: sit simile pdicato alterius. Silr dicatur de ista ppōne oēm equū videt hō: ergo aliquid qđ est videns oēm equū est homo: ꝛ nō in istā. homo videt aliquem equū: qꝛ tales sunt similiū subiectoꝝ ꝛ pdicatoꝝ: sȝ ista. pteritum est pteritum. sic ꝯuertitur qđ fuit pteritū: est vel fuit preteritū. silr ista hō est generādus. sic ꝯuertitur: ꝗ qđ erit generādum: est vel erit hō. silr ista: nullus senex erit puer: sic ꝯuertitur. nihil qđ erit puer est vel erit senex.

Ista ppō a est risibile quō cōuertitur.

¶ Sed difficultas est quō debeat ꝯuerti ista. a est risibile: posito ꝙ a pte subi significet hoiem. ꝛ a pte pdicati significet asinum. Rńdetur ꝙ sic ꝯuertitur: ꝗ risibile est hō vbi licȝ de subo vocaliter nō fiat pdicatū: tñ bene mētaliter. ¶ Et aduerte etiā ꝙ qñ đr ꝙ vlis negatiua conuertitur simplr: dȝ intelligi de vli negatiua de modo loquēdi ꝯsueto: qꝛ de modo loquēdi incōsueto nō ꝯuertitur: vt nō sequitur. oīs sol planeta nō est: ergo oīs planeta sol non est. cum añs sit verū ꝛ ꝯñs falsum. Sed ista: hō est pictus. sic ꝯuertitur. pictū est hō pictus. ꝛ non in istam. pictū est hō: qꝛ in ista hō est pictus: hō restringit ad stādū p hoibus pictis. Sed ista: bis cātaui missam: sic ꝯuertitur: ꝗ bina vice cantās missam est vel fuit ego. Et ista parisius ꝛ rome vēditur piper: sic ꝯuertitur: ꝗ qđ vēditur altero istoꝝ locoꝝ est piper. Dicūt tñ aliqui ꝙ dȝ sic ꝯuerti: qđ vēditur parisius ꝛ rome: est istud vel istud piper. Sed hoc nō videtur verū: cū ista videat falsa: cū subm p nullo supponat. nā de nullo verū est dicere: hoc vēditur parisius ꝛ rome. Sed ista: neuter istoꝝ est albꝰ ꝯuertit sic. nullū albū est alter istoꝝ. Et sic p tales pñt conuerti fere oēs alie ppōnes. vnum tñ cauendū est ꝙ nō arguatur a magis amplo ad minus amplū sine distributiōe magis ampli. Etiā ꝙ nō arguatur a minus amplo ad magis amplū: cū distributiōe magis ampli. Vñ magis amplū se habet sicut superius: ꝛ minus amplum sicut inferius: ideo in ipsis ppoitionabiliter debent fieri ꝯñe: sicut fiunt a loco a superiori ad inferius ꝛ ecōtra. Et hec de primo articulo.

¶ Quātū ad scđm dubitatur primo qualiter ꝯuertēde sunt ppōes modales. Rńdetur ꝙ ppōes modales sunt duplices. quedam sunt cōposite. qdam sunt diuise. vñ composite pñt duplr conuerti. vno modo quo ad se totas: scȝ faciēdo de subo pdicatum: ꝛ de pdicato subm: vt hoiem esse aial est possibile: ergo possibile est aial hoiem esse. Et isto modo modales cōposite oīno eodem mō ꝯuertūtur sicut ille de inesse: qꝛ sunt mere de inesse: sȝ istum modū non docuit aristoteles. Alio modo cōuertūtur quo ad ptes dicti scȝ trāsponēdo ptes dicti mō silr se habēte: vt hoiem esse aial est possibile: ꝗ aial esse hoiē est possibile. Pro quo tñ est aduertēdū ꝙ modalis cōposita de isto modo falsum ꝛ impossibile nō conuertuntur ex pte dicti eodem modo sicut ille de inesse: qꝛ nō sequitur. omne aial esse hoiē est falsum vel impossibile: ergo hominē esse aial est falsum vel impossibile. ¶ Et si quis dicat. ppōnes correspōdentes dictis istaꝝ ppōnum inferūt seinuicem: ergo ꝛ ille ppōes. añs pȝ: qꝛ bñ sequitur. omne aial est hō: ergo hō est aial: que est ppositio necessaria que sequitur ad quālibet. Rńdetur negādo ꝯñam. ꝛ ratio est: qꝛ nō opȝ ꝙ si aliqđ añs sequatur ꝯñs: ꝙ ad illud añs esse falsum cōtingēs vel impossibile sequatur. ꝯñs est falsum vel impossibile. ¶ Aduerte vlterius ꝙ ppōnes modales cōposite de isto mō possibile ꝛ necessario ꝯuertūtur eodem mō ex pte dicti sicut ille de inesse dūmodo ponat in antecedēte ꝯstātia ppōnis p qua supponit dictū ꝯñtis: qꝛ alias non seqretur: vt nō sequitur. oēm hoiem esse aial est possibile: ꝗ aliqđ aial esse hoiem est possibile. nam posito casu ꝙ ista ppositio sit homo est aial ꝛ nō ista. aial est homo. añs est verum ꝛ ꝯñs falsum: qꝛ subm ꝯñtis pro nullo supponeret. ¶ Sed qritur quō ꝯuertitur ista sortes est possibilis: vbi ly possibile capit prime intētionaliter: vt est dria entis. dico ꝙ sic ꝯuertitur: ꝗ possibile est vel pt esse sortes. Ex quo pȝ ꝙ qñ possibile capit prime intētionaliter: ꝛ vt est dria entis ampliat subm p illo qđ est ꝛ pōt esse: sed qñ est dria ppōnis: ꝛ capitur secūde intētionaliter nō hȝ aliquam vim ampliādi: sicut in ista. sortem currere est possibile. ibi ly possibile nullā vim hȝ ampliādi. Sed diceret aliquis. ista propō est indefinita oēm hoiem esse aial est possibile: ꝛ etiā ista est affirmatiua nullū b esse a. est necesse cū ppositio quā facit sensū sit affirmatiua. nā sensus est nulla talis propositio b est a est possibilis. Respondetur ꝙ verum est ꝙ talis est indefinita omne animal esse hominē est possibile. sed quia habēt figuram vniuersaliū negatiuarum aristoteles vtebatur. ac si essent vniuersales vel negatiue.

¶ Dubitatur scđo quō cōuertūtur ppositiones modales diuise. Pro cuiꝰ solutiōe supponit ꝙ isti modi possibile. ipossibile. contingēs. ꝛ necesse: faciētes ppōnes modales diuisas ampliāt extrema ad oēm differētiam tēporis: vel saltē ad illud qđ est ꝛ pōt esse. Et si quis dicat. pdicatum alicuius ppōnis debet precise accipi sm exigētiā copule: ꝗ tales modi nō ampliant pdicatū. Rńdetur ꝙ illa regula est vera qñ non ponitur aliqđ sincathegoreuma habēs vim ampliandi terminū positum a parte post. Et si quis dicat. si necesse ampliaret pdicatum seqretur ꝙ ista esset vera: deū necesse est esse creātē: qꝛ sensus eiꝰ est. deū necesse est illud qđ est vel potest esse creans: ꝛ illa est vera. Respōdetur ꝙ ampliatio pdicati nō dȝ sic explicari. Sed sic. deū necesse est esse creans ꝙ est vel potest esse: ita ꝙ necessitas non feratur in suppositum predicati: sed in formam que seruatur per illud pre-

Mōi conuertende sunt ppōnes modales.

Propōes modales cōposite qt mōis ꝯuertunt

Mōi conuertende sunt ppōnes modales diuise.

Cōditiones reqsite ad hoc q̄ pdicti termini amplient

dicatū vel cōnotat. ¶ Supponit vlterius q̄ ad h̄ q̄ pdicti termini ampliēt extrema: tres ɔditiōes reqrunt. Pria. q̄ talia extrema supponāt: iō dicēdo chimerā possibile est esse: ibi ly chimerā nō ampliat cū nō supponat. Scda q̄ talis termin⁹ q̄ dr ampliari hēat significatū vl significata correspōdētia p diuersis differētijs tpm diuisim: iō dicēdo: antixpm possibile est esse. ly antixp̄3 nō ampliat. ¶ Tertia q̄ talis termin⁹ nō restringat ad standū pcise p vna dria tpis: iō dicēdo qd est hō possibile ē esse. ibi ly hō nō ampliat cū restrigat ad vnā

Dicta de cōuersiōe aliq̄r pponum.

Primum

drīam tpis ¶ Jstis suppositis ponunt aliq̄ dicta. Primū dictū. ppōnes affirmatiue de necessario diuise in qb⁹ nulla ponit negatio: nō ɔuertunt formalr in ppōes de necessario. p3: q2 nulla vlis affirmatiua ɔuertit gra forme i vlem affirmatiuā. sed ppōnes affirmatiue de necessario in qbus nulla ponit negatio sunt vlēs ex pte modi: igr. Etiā dāda est instātia: vt nō sequit creans necessario est de⁹: g̃ de⁹ necessario est creās: s3 d3 sic ɔuerti: g̃ de⁹ possibiliter est creans: cū debeat ɔuerti in pticularē3

Secūdū.

de mō siue illa de necessario sit vlis siue pticularis: siue singularis ex pte dicti. ¶ Scōm dictū. ppō de necessario diuisa in qua ponit duplex negatio: vna ad verbū ⁊ alia ad modum d3 oīmode ɔuerti sicut illa de possibili in qua nulla ponit negatio: vt ista: oē3 deū nō necesse est nō esse creantē. ɔuertit eodē modo sicut

Tertium

ista: oēm deū possibile est esse creantē sic videl3: creantē nō necesse est nō eē deū. ¶ Tertiū dictū. ppō de necessario negatiua in qua negatio ponit ad v̄bū tm̄: ɔuertitur sicut illa de impossibili in qua nō ponit negatio explicita vt ista oēm deū necesse est nō esse creantē. cōuertit sicut ista. oēm deū impossibile ē eē creātē cū tali eq̄pollent: ⁊ cū talis sit vlis negatiua saltē de mō conuertet simpliciter in vlem.

Quartū.

¶ Quartū dictū. propositio de necessario in qua negatio ponitur ad modum non ɔuertit in terminis cu3 talis sit pticularis negatiua: vt ista. quēda3 deū non necesse est esse creātē. nō ɔuertitur cū sit pticularis negatiua cū eq̄polleat vni de possibili nō negato.

Propōes modales diuise de īpossibili ⁊ possibili q̄uo ɔuertūtur.

¶ Dubitatur tertio qualiter ɔuertende sunt ppōnes modales diuise de īpossibili ⁊ possibili. ¶ Pro cui⁹ solutione ponūtur aliqua dicta. Primū. ppōes de īpossibili in quibus nulla ponit negatio ɔuertūtur p ɔuersionem simplicē3: cū tales sint vlēs negatiue ex pte modi: vt ista. oēm hoīe3 īpossibile est esse asinū. sic ɔuertitur: g̃ oēm asinū impossibile est esse hoīem. ¶ Scōm dictū. ppōnes de impossibili in quib⁹ negatio ponit ad modū tm̄ cōuertūtur sicut ille de possibili quibus equiualēt: vt ista. hominē3 nō impossibile est esse asinū ɔuertitur sicut ista hoīem possibile est esse asinum sic videl3. asinū nō impossibile est esse hoīe3. Tertiū dictū. ppōnes de impossibili in quib⁹ negatio ponit ad modū ⁊ ad verbu3 nō ɔuertūtur: cū tales sint pticulares ne

Quattuor dicta p illis de īpossibili.

Primum

Secūdū.

Tertium

gatiue saltem ex pte modi: vt ista. hoīem non impossibile est nō currere. nō ɔuertitur cum equiualeat isti hoīem possibile est nō currere q̄ nō ɔuertitur. ¶ Quartū dictu3. ppōnes de impossibile in quib⁹ negatio explicite ponit ad v̄bu3 cōuertūtur sicut ille de necessario in quibus nulla ponit negatio: s3 sic est. vt visu3 est: q̄ ppōnes de necessario in quib⁹ nulla ponitur negatio nō conuertūtur in seipsas: s3 in illas de possibili. Etiam tales de impossibili conuertūtur in propōnes de possibili: vt ista. creātem impossibile est nō esse deū. ɔuertitur in istam. deū possibile est esse creāte3. ¶ Sed pro alijs de possibili ponunt quattuor dicta. Primum. ppōnes de possibili in quib⁹ nulla ponitur negatio: conuertūtur simplr sicut ille de inesse: vt hoīem possibile est currere: ergo currētem possibile est esse hoīem. ¶ Secūdum dictum. ppōnes de possibili in quib⁹ negatio ponitur tm̄ ad v̄bu3: nō conuertūtur in terminis: cū tales sint particulares negatiue ex parte modi. ¶ Tertium dictū. ppōnes de possibili in quibus negatio ponit ad modu3 tm̄: cōuertuntur sicut ille de impossibili: cum equiualeant illis: vt ista hominem non possibile est currere: cōuertitur sicut ista. hominē impossibile est currere. ¶ Quartum dictum. ppōes de possibili in quib⁹ ponit negatio tā ad modū q̄ ad verbū: cōuertitur in ppōnes de possibili i quibus nulla ponitur negatio: vt iste omne creans non possibile est non esse deū. cōuertitur sic. deu3 possibile est esse creātem. Et hec de scdo articulo.

Quartū.

Pro solutiōe illarū de īpossibili quattuor alia ponūtur dicta.

Primum

Secūdu3

Tertium

Quartū.

¶ Quantum ad tertiū sit conclusio responsalis. rle cōuersionū ppōnū tam de inesse q̄ modaliū sunt sufficiēter assignate a pho vt satis p3 in primo articulo et in scdo. ¶ Ad rationes ante oppositum. Ad primā ⁊ etiam ad scda3 patet solutio ex dictis. ¶ Ad tertiā dr q̄ illa: nullus hō est oīe aial: ɔuertitur in istā: nihil qd est oē aial est homo: sed de alijs satis p3 qualiter debeāt cōuerti. ¶ Ad quartam rndet q̄ arguendo a termino supponēte ɔfuse tm̄ ad ip̄m supponentē determinate nō valet cōsequētia: ⁊ hoc signo confusiuo remanente: quia si signum cōfusiuum mutet bene pōt valere ɔsa. ¶ Ad quintā dr q̄ bene sequitur gra materie: sed non gra forme.

Cōclusio de conuersione proponu3 ta3 modaliu3 q̄ de inesse.

¶ His v̄o terminatis dicendum est iam per que et quando. et quomodo fit omnis sillogismus. postea v̄o dicemus de demonstratione. prius v̄o de sillogismo, dicendum est q̄ de demonstratione eo q̄ vniuersalior est sillogismus. nam ois demōstratio sillogism⁹ q̄de3 est: sillogism⁹ v̄o non ois demōstratio. Quādo igitur tres termini sic se habent adinuicem vt ⁊ postremū in toto esse medio; et medium

Quid est sillus.

In toto p̄rimo cōtingat vel esse vel nō esse necesse est extremitatum esse sillogismum perfectum.

Iste est scd̄us tractatus hui⁹ libri in q̄ docet formare sillogismos ex ppōnib⁹ de inesse: ꝛ diuidit̄ in quattuor capl'a. In p̄rio docet formare sillogismos p̄me figure diffiniens p̄mā figurā dicēs. P̄ria figura est qñ termini sic se hn̄t ꝙ postrem⁹ est in toto medio ꝛ medi⁹ in toto p̄mo. sic vel nō sic necesse est esse sillogismū pfectū. Uñ p postremū itelligit̄ minor extremitas q̄ est in toto medio idem subiicit̄ respectu medij. Deinde diffinit mediū prime figure dicēs ꝙ mediū prime figure est qd̄ est in alio ꝛ aliud i ip̄o. i. ꝙ subiicit̄ in vna ꝛ p̄dicat̄ in alio. Et maior extremitas est in qua aliud est trm̄. i. qd̄ trm̄ p̄dicat̄. Et minor extremitas ē qd̄ est in alio trm̄. i. trm̄ subiicit̄.

*Quid est prima figura.* *Quid intelligitur p postremum.* *Quid est medium prime figure.*

¶ Deide pōit mōs prime figure. Et primo modos vl'es tā vtiles q̄ȝ inutiles dicēs ꝙ qñ ambe premisse sunt vl'es affirmatiue inferētes vl'em affirmatiuā est bon⁹ sillogismus. ꝛ vocatur barbara. ¶ Scd̄s modus est maior vl'i negatiua ꝛ minore vl'i affirmatiua sequit̄ ꝯclusio vl'is negatiua. ꝛ vocat̄ celarēt. Deinde pōit modos inutiles. prim⁹ est maiore vl'i affirmatiua ꝛ minore vl'i negatiua nō sequitur aliqua ꝯclusio gr̄a forme: q2 ibi sunt dabiles termini in quibus oī: scȝ aial hō equus: ꝛ in quib⁹ nulli: scȝ aial hō lapis. ¶ Scd̄s mod⁹ inutilis qñ ambe premisse sunt vl'es negatiue tūc nō fit bon⁹ sillogism⁹: cū ibi sint repibiles termini in qb⁹ oī: vt scia: linea: medicina: ꝛ etiā in qbus nulli: vt scia: linea: vnitas. Deinde determiat de modis p̄ticularib⁹ dicēs ꝙ qñ maior est vl'is siue affirmatiua siue negatiua ꝛ minor p̄ticularis affirmatiua est bon⁹ sillogismus ꝛ valet ista regula p darij ꝛ ferio. ꝛ subdit ꝙ si maior sit p̄ticularis ꝛ minor vl'is. vel ambe p̄ticulares nō erit bon⁹ sillogism⁹. Ex q̄ passu eliciūtur due rl'e. Quaȝ p̄ria est. maiore existēte p̄ticulari in p̄ria figura nihil sequit̄ directe cōcludēdo. Scd̄a ex puris p̄ticularibus nihil sequitur. ꝛ sillogisat aristo. in prima figura istis l'ris a b c. capiēdo b p medio. a pro maiori extremitate. ꝛ c p minori extremitate. ꝛ subdit ꝙ si minor fuerit indefinita eq̄ bñ erit bonus sill's sicut si ip̄a esset p̄ticularis. Ex quo passu elicit̄ ista auctoritas. de p̄ticularibus ꝛ indefinitis idez est iudiciū q̄ȝtum supple ad sill'm. Deinde ponit modos p̄ticulares iutiles. P̄rimus: maiore existēte p̄ticulari siue affirmatiua siue negatiua: ꝛ minore vl'i siue affirmatiua siue negatiua nō est bon⁹ sill's: q2 ibi sunt dabiles termini in q̄bus oī: vt bonū: habit⁹: ꝛ prudētia. ꝛ termini in qb⁹ nulli: vt sunt bonū habit⁹ ꝛ disciplina. ¶ Scd̄s mod⁹ iutilis est qñ maior est vl'is siue affirmatiua siue negatiua ꝛ minor p̄ticularis negatiua nō valet sill's: q2 ibi sunt repibiles termini in qb⁹ oī: ꝛ in quibus nulli. in quibus omni: vt homo aial ꝛ album. in quibus nulli: vt aial hō nix. Probat etiā istos modos esse inutiles ex indefinito. Unde pbare aliquid ex indefinito est ostēdere ꝙ illud qd̄ nō sequitur ex vl'i nō sequitur ex p̄ticulari. mō maiore vl'i affirmatiua ꝛ minore vl'i negatiua nihil sequitur: ergo nec ex maiore vl'i ꝛ minore p̄ticulari. ¶ Terti⁹ modus inutilis. ambabus p̄missis existētib⁹ negatiuis. quaȝ vna est vl'is ꝛ alia particularis nihil sequit̄: q2 ibi sunt dabiles termini in quibus omni ꝛ in quibus nulli. ¶ Quartus modus. si ambe premisse sint particulares siue affirmatiue siue negatiue: siue vna affirmatiua ꝛ alia negatiua nihil sequitur: q2 ibi sunt dabiles termini in quibus omni ꝛ in quibus nulli. De istis infert ꝙ in prima figura cōcluditur omne genus ppōnis: puta vl'is affirmatiua. vl'is negatiua. parteularis affirmatiua. particularis negatiua.

*Modi p̄rime figure vtiles.* *Modi inutiles.* *Regl'e de mō particulari.* *Phi auctoritas de eisdē.* *Modi p̄ticulares inutiles.*

¶ Quando autem idem huic quidem omni illi vō nulli inest: vel vtriqȝ omni vel nulli figuram quidem huiusmodi voco secundam. Medium autem in hac dico quod predicatur de vtraqȝ. extremitates autem de quibus dicitur hoc. maiorem extremitatez que iuxta medium posita est minorez. que longius sita est.

*Scd̄e figure diffinitio.* *Medij diffinitio*

¶ Istud est scd̄z capitulum huius tractatus in quo docet formare sillogismos scd̄e figure. et diffinit primo scd̄am figuram dicens ꝙ scd̄a figura est qñ idem huic quidem oī huic vō nulli inest vel vtriqȝ oī vel vtriqȝ nulli. Et ꝯuenit hec diffinitio tā cōbinationib⁹ vtilib⁹ q̄ȝ inutilibus. ¶ Deide diffinit mediū dicēs. medium in hac figura est quod predicatur de vtraqȝ extremitate. Sed maior extremitas ē que posita est iuxta mediuȝ. ip̄a eñ conuenit cum medio in hoc ꝙ aliquādo predicat̄. Sed minor extremitas est que posita est longius a medio q2 nunq̄ȝ predicat̄. Ex quo sequitur ꝙ nullus sillogismus scd̄e figure regulat̄ immediate per dici de omni vel p dici de nullo. ¶ Deinde docet formare sillogismos. ꝛ p̄rio vl'es dicēs ꝙ ex ambab⁹ vlib⁹ si vna sit affirmatiua ꝛ alia negatiua fit bonus sillogism⁹. ꝛ per hoc habētur cesare ꝛ camestres qui sunt boni sillogismi. de cesare pbat reducēdo ip̄ȝ ad celarēt maiore ꝯuersa simplicit̄. De camestres pbat reducēdo ip̄m ad celarēt mīore cōuersa simpliciter ꝛ per trāspositionē premissaruȝ. probat etiam eos p impossibile. ¶ Deinde ponit duos modos inutiles vniuersales. prim⁹ est qñ ambe premisse sunt vniuersales affirmatiue. Scd̄s est qñ ambe premisse sunt vniuersales negatiue. ¶ Deide determiat de particularib⁹ dicēs ꝙ quādo maior ē vniuersalis ꝛ minor p̄ticularis siue fuerit affirmatiue siue negatiua fit bon⁹ sillogism⁹. ꝛ p h̄ ha-

*Maior extremitas.* *Minor extremitas.* *Modi formandi sill'os secunde figure.* *Modi inutiles.* *Modi p̄ticulares vtiles.*

bentur duo modi.s. festino baroco. de festino ꝓbat reducendo ipm ad ferio minore cõuersa simplr. de baroco ꝓbat reducẽdo eum per impossibile ad barbara. Et sillogisat aristoteles p istas tres litteras.n.m.p. ❡ Cõsequenter ponit modos particulares inutiles. quoꝝ primus est. maiore existẽte pticulari: siue fuerit affirmatiua siue negatiua: siue minor fuerit vlis siue particularis nihil sequit cũ ibi dandi sint termini in quibus omni ꝛ in quib⁹ nulli. ❡ Scđs est qñ ambe premisse sunt affirmatiue vel negatiue siue vna sit vlis ꝛ alia particularis nõ fit bonus sill's: qꝛ ibi sunt dabiles termini in quibus oĩ ꝛ in quibus nulli. Et ex isto habet ꝙ ex puris affirmatiuis in scđa figura nihil sequit. ❡ Terti⁹ modus est quãdo ambe premisse sunt particulares siue sint affirmatiue siue negatiue: siue vna sit affirmatiua ꝛ alia negatiua nõ fit bonus sillius: qꝛ dabiles sunt termini in quib⁹ oĩ ꝛ in quibus nulli. Ex istis infert duo correlaria. Primum. silli scđe figure sunt imperfecti: sed pficiũtur p cõuersionẽ vel p impossibile. Secũdũ correlariũ. nullus sills scđe figure ẽ affirmatiu⁹.i. cõcludens affirmatiue sed solũ negatiue.

Modi particulares inutiles.

¶ Dubitatur scdo vtrum ex vna de necessario et alia de inee in scda figura sequat coclusio de necessario. Pro cui9 solutioe ponit talis regula. in modis vlib9 scde figure negatiua existete de necessario z affirmatiua de inee sequtur coclusio de necessario diuisa dumo semp caueat q negatio no ponat ad modu: qz si sic non oporteret pnam valere cu ille ppones equivaleat aliqb9 aliis ppoib9 que non essent de necrio. Etia ista rla est vera in sensu. Na maiore existete de necessario z minore de inee sequit coclusio de necessario: qz in tali mo arguedi non est dabilis instatia. ¶ Scda rla. in modis scde figure affirmatiua existe de necessario z negatiua de inee non sequtur coclusio de necessario nisi forte illa de inesse eet de inee simplr: sed tuc non seqret nisi gra materie: qz si ipsa eet de inesse: vt nuc non seqret: vt pz in cesare nullu creas e essentia diuina. posito q de9 nihil creat. ois de9 de necessitate e eentia diuia: g ois de9 de necessitate no est creas. pmisse sunt vere z coclusio falsa. cu equaleat isti. ois deus ipossibilr e creas. Similr i camestres non sequtur. ois de9 de necessitate e eentia diuia: nullu creas est eentia diuina posito pori casu: ergo oe creas de necessitate no est de9. ¶ Tertia coclusio. in baroco nuq sequtur coclusio de necrio qcuq etiam pmissa fuerit de necrio. Exeplu qn maior est de necrio: vt no sequit omne creas de necessitate e de9: quodda creas no e de9 posito q de9 nihil creet: ergo creans de necessitate non est creans. Exemplu qn minor est de necrio: vt posito q modo nulla sit suba nisi actu intelligens et q omnes anime sint annihilate: sed possint creas creari z creabuntur aie plantaru: vt ois suba est intelliges: quada subam necesse est non ee intelligentem: scilicet animas plate: ergo quadam subam necesse est non esse subam premisse sunt vere z conclusio falsa: igitur.

*dumo prima figura.*

¶ Dubitatur tertio vtrum in tertia figura valeat mixtio ex vna de necrio et alia de inee. ad quas respodet ponedo aliquas regulas. ¶ Prima regula. in istis quatuor modis: scz darapti felapto datisi z ferison maiore de necrio et minore de inesse sequitur conclusio de necrio: quia in tali modo arguendi non est dabilis instantia: vt visum est in textu. ¶ Secuda regula. in talibus modis maiore de inee z minore de necrio non sequtur coclusio de necessario gra forme. Exeplu in darapti: vt non sequit. ois de9 est creas: oem deu necesse e ee prima causam: g primas cam necesse est ee create. premisse sunt vere z coclusio falsa. Et si qs dicat. dicit aristoteles in textu q qcuq pmissa fuerit de necrio in darapti sequitur conclusio de necessario. Respodet q intelligebat si illa de inee esset de inee simpliciter. Exeplu in felapton: vt posito casu q de9 non creet sortem quem tamen pot creare: tuc no sequtur. nullu creans sortem est de9: z oe creans sortes necesse est ee prima causam: ergo prima causam necesse est non ee deum. premisse sunt vere et conclusio falsa. Ex isto sequitur q etiam in ferison z bocardo maiore de inee et minore de ne

*Dubiu de mixtione aliqru ppo nu i tertia figura.* — *Rle ad pdictu dubium respondentes.*

ceſſario non ſeqtur concluſio de neccrio: ⁊ poſ
ſet dari exemplum p idem exēplū de felaptō.
¶ Tertia rl'a. in diſamis ⁊ bocardo maiore
exñte de neccrio ⁊ miore de incē: nō ſeqtur cō-
cluſio de neceſſario. exēplum pmo in diſamis
nō ſeqtur quēdā planetā exiſtētē in cācro ne-
ceſſe eſt eſſe ſolē: ⁊ ois planeta exñs i cācro ē
luna. poſito caſu ꝙ ita ſit: g̃ lunā neceſſe eſt eē
ſolē. Exēplū in bocardo quēdā planetā exñtē
in cācro neceſſe ē nō eē ſolē: ⁊ ois planeta exi
ſtens in cācro eſt maxim⁹ planeta: g̃ maximū
planetā neceſſe eſt non eē ſolē. Ex quo ſeqtur
ꝙ in bocardo nūꝗ̄ ſequit̄ cōcluſio de neceſſa-
rio grā forme. Etiā in diſamis: qꝛ maiore exi
ſtēte de incē ⁊ miore de neccrio nō ſequit̄ con
cluſio de neccrio grā forme: vt nō ſequit̄ de⁹ ē
creās: ois de⁹ de neceſſitate ē pma cā: g̃ pma
cauſa de neceſſitate eſt creās: cū pmiſſe ſint ve
⁊ cōcluſio falſa. ¶ Et ſi qs dicat. dicit ariſto-
teles in textu ꝙ miore de diſamis exñte de ne
ceſſario ⁊ maiore de incē ſequit̄ cōcluſio de ne
ceſſario. dico ꝙ hoc intelligit̄ ſi illa de ineſſe
ſit de incē ſimpliciter: ſed tunc non ſequitur
gratia forme. Et hec de ſecundo articulo.

Concluſio rñdēs ad p dicta dubia

¶ Quantum ad tertium ſit concluſio
rñſalis ad qſitū ex ambab⁹ pmiſſis de neccrio
vel vna de neceſſario ⁊ alia de incē ſit bonus
ſillogiſm⁹: vt ſatis pꝫ in qōne. ¶ Ad rōnes
ante oppoſitū. Ad primā dꝛ ꝙ ſicut cōcluſio ē
falſa: ita altera pmiſſarū. ſ. maior. Dicūt tñ ali
qui ꝙ nō ſequit̄ ex eo ꝙ illa de incē nō eſt de i
eſſe ſimplr: ſed prima ſolutio eſt melior. ¶ Ad
ſcdām dicit̄ ꝙ ariſtoteles non vult negare ꝙ
illi modi non poſſint reduci p ipoſſibile: ſed h
ideo dicit: qꝛ ſi reducant̄ p ipoſſibile non redu
centur per illa de neceſſario. ¶ Ad tertiam et
quartā dꝛ ꝙ ſicut concluſio eſt falſa: ita ⁊ alte-
ra premiſſarum. ¶ Ad quintam dicitur ꝙ opꝫ
accipere illam de ineſſe indifferenter ſi debe-
at fieri ſillogiſmus gratia forme.

¶ Poſt hoc dicemus qñ et quomodo
et per que erit ſillogiſm⁹. Dico aūt con
tingere et cōtingēs quod cum nō ſit ne
ceſſarium ponatur aūt ineſſe nō ꝓpter
hoc erit impoſſibile. Naꝫ neceſſarium
equiuoce contingere dicemus.

Cōtigētis diffinitio Tractatus diuiſio.

Ste eſt quartus tractus hu
ius libri in q̃ deteriat de gñatio
ne ſillo͛rū ex ābab⁹ de ꝯtingēti.
Et cōtinet quattuor capitula.
In pmo pōit diffinitionē ꝯtin-
gētis dicēs. Cōtingēs ē q̃ non
exñte neccrio: tñ poſito in eē nullū ſeqtur im-
poſſibile. Ex q̃ ſequit̄ ꝙ ibi deteriat de cōtin
gēti ad vtrūlibꝫ qđ pōt tā eē ꝙ̄ nō eſſe ⁊ non
de cōtingēti poſſibili: ⁊ eſt ſuperi⁹ ad neceſſe
de quo determinatū eſt in ſcdo pyarmenias.
Et ſubdit ꝙ ꝓpōnes de cōtingēti ad vtrūli-
bet conuertunt̄ in oppoſitā q̄litatē dūmō mo
dus vniformiter ſe habeat; vt forte contingit
currere: g̃ forte contingit non currere. ⁊ iſtud
ꝓbat pħs: quia quod cōtingit eſſe nō ē neceſ-
ſe eſſe neqꝫ impoſſibile: ⁊ qđ nō eſt neceſſe eē
neqꝫ ipoſſibile eē cōtingit non eē: g̃ de primo
ad vltimū qđ cōtingit eē cōtingit nō eſſe. Et
ſubdit ꝙ talis forte cōtingit nō eſſe hꝫ figurā
affirmatiuā. i. nō ē affirmatiua: ſed eſt ſimplr
negatiua. Cōſequēter diuidit tale cōtingens
dicens ꝙ tale contingens ad vtrūlibet eſt tri
plex: ſcꝫ natum rarum ⁊ indefinitum ſeu inde
terminatum. Natum quod magis ſe habet ad
eſſe ꝙ̄ ad non eſſe: vt hominem caneſcere in
ſenectute. Et propoſitio de tali contingēti cō

Cōtingēs ad vtrūlibꝫ ē triplex

uertitur in propoſitionē de contingenti raro:
vt forte cōtingit caneſcere in ſenectute: ergo
fortem contingit non caneſcere in ſenectute.
que eſt de contingenti raro. Contingēs rarū
eſt quod magis ſe hꝫ ad non eſſe ꝙ̄ ad eſſe: vt
hominē non caneſcere in ſenectute. ⁊ propō

Quid ē cōtingēs rarū

de tali cōtingēti cōuertitur in ꝓpōnē de con
tingenti nato. Sed contingens indefinitum
eſt quod tam ſe habet ad eſſe ꝙ̄ ad non eſſe: vt
hominem currere. ⁊ propoſitio de tali cōtin-
genti conuertitur in ꝓpoſitionē de contingē-
ti nato vel aliquādo rato. Et ſubdit ꝙ licet ex
talibus ꝓpōnibus non fiāt demonſtrationes
tamen bene fiunt ſillogiſmi dyalectici: quia cir
ca tales ꝓpōnes poſſunt fieri cōſiderationes
thopice. Et ſubdit finaliter ꝙ ꝓpōnes de ta-
li contingēti poſſunt habere duplicē ſenſum.
vnus eſt in quo denotatur p̄dicatū contingē-
ter conuenire ſubiecto. Alius eſt in quo deno-
tatur predicatum non ſolū cōuenire ſubiecto:
ſed omni illi quod poteſt eſſe ſubiectū: vt om
ne currens contingit eſſe hominē. vn⁹ ſenſus
eſt ꝙ oē illud quod eſt currens contingit eſſe
hoiem: hoc eſt verū ꝓhibendo ampliationeꝫ.
Alius eſt ꝙ oē qđ pōt eſſe currēs cōtingit eē
hoiem. ⁊ iſte eſt de rigore ſermonis nō ꝓhibē
do ampliationem. ¶ Textus.

Quid ē cōtingēs indefinitum.

¶ Quando ergo a. contingit omni b. ⁊
b. omni c. ſillogiſmus erit perfectus:
quoniā a. contingit omni. c. hoc autem
manifeſtum ex diffinitione. nam contin
gere omni ineſſe ſic dicebamus.

¶ Iſtud eſt ſecundū capitulum huius tracta
tus in quo philoſophus determinat de gene-
ratione ſillogiſmorum de contingenti in pri-
ma figura: et diuiditur in tres partes. In pri
ma ponit prime talem concluſionem: ex am-
babus premiſſis vniuerſalibus affirmatiuis
de contingenti ad vtrumlibet diuiſis ſequi-
tur concluſio vniuerſalis affirmatiua de con-
tingenti. ¶ Secunda concluſio. maiore vni-
uerſali negatiua de contingenti ⁊ minore vni
uerſali affirmatiua ſequitur concluſio vniuer
ſalis negatiua de contingenti. ¶ Tertia con-
cluſio. maiore vniuerſali affirmatiua et mino
re negatiua non ſit perfectus ſillogiſmus ni-
ſi minor conuertatur in oppoſitā qualitatem.
¶ Quarta concluſio. ex ambab⁹ vlib⁹ premiſ

Cōcluſiones de generatione ſillo͛rū de cōtingenti ad vtrūlibꝫ

fis negatiuis nō fit sill'ꝰ ꝑfectꝰ nisi minor cō-
uertat̄ in oppositā q̄litatē. ¶ Alia cōcl'o. ma-
iore vl'i siue affirmatiua siue negatiua ⁊ mino
re ꝑticulari affirmatiua de ꝯtingēti sequit̄ ꝑ
ticularis affirmatiua vel negatiua de ꝯtingē-
ti ⁊ h' i darij vel ferio. sꝫ si minor sit negatiua
nō fit sillꝰ ꝑfectꝰ nisi conuertat̄ in oppositā
q̄litatē. Et si maior sit ꝑticl'aris ⁊ minor vl'is
vel ambe ꝑticulares vl' indefinite nō fit bonꝰ
sill's: q2 ibi sunt dabiles termini in quibꝰ om̄i
⁊ in quibꝰ nulli. Et ibi dꝫ accipi ꝯtingēs ad
vtrūlibet ⁊ nō ꝯtingēs necessariū vel possibi
le. ¶ In scd'a ꝑte determiat de gn̄atōe mixta
sill'oꝝ ex vna de inesse ⁊ alia de ꝯtingenti. Et

*Regule de generatiōe mixta sill'orum.*

ponit aliquas regulas. Prima. maiore vl'i de
ꝯtingēti ⁊ minore de inesse fit sill's ꝑfectus
cōcludēs ꝯclusionē de ꝯtingēti ad vtrūlibet.
¶ Scd'a regula. maiore de inesse ⁊ miore de cō
tingēti in eisdē modis fit bonus sill's impfe-
ctus ꝯcludēs ꝯclusionē de ꝯtingēti possibili
⁊ nō ad vtrūlibꝫ. Cōsequēter ponit aliq̄ docu

*Documēta de eisdem.*

mēta ad ꝑficiēdū hm̄oi sill'os. Primū. cuiuslꝫ
bone ꝯñe si añs est possibile ꝯñs non erit im
possibile: q2 si dc̄t oppositū. s. q añs sit possi-
bile: et consequens impossibile: tunc a. potest
esse non existente b. cum sit impossibile. ⁊ sic
ad antecedens bone consequētie non sequit̄
ꝯñs. ¶ Deinde remouet vnā cauillationē: q2
eo q dictū est q a. sequit̄ b. q̄s posset credere
q ꝑ a. ph's intelligeret vnā solā ꝓpōnē q̄ de-
beat eē añs. dicit q nō: q2 ex vno nihil sequit̄
sillogistice supple. Scd'm documētū. q̄uis ex
añte falso nā tn̄ impossibili bn̄ sequat̄ falm̄:
nō tn̄ sequit̄ impossibile. ¶ Cōsequēter ꝓbat
q mixtio ex vna de incē ⁊ alia de ꝯtingēti in
barbara sit bona. ⁊ h' duabꝰ rōnibꝰ. quaꝝ pima
est: q2 ex opposito ꝯdictorio cōclusiōis cū mi-
nore posita incē infert̄ oppositū maioris i bo
cardo. Et hoc ꝓbat in litteris. Scd'o ꝓbat re
ducēdo ad ip̄mmet barbara mutando minorē
de ꝯtingēti i vnā de inesse. Probat etiā de ce-
larēt: q2 ex opposito ꝯclusiōis cū minore posi-
ta inesse sequit̄ ꝯdictoria maioris in disamis.
Et subdit q ad hoc q isto mō debite arguat̄
due cōditiones req̄runt̄. Prima. q maior non
sit de inesse: vt nunc. q2 tūc essent dabiles ter-
mini in q̇bus omni ⁊ in q̇bus nulli. Scd'a con
ditio. q ꝯclusio capiat̄ ꝓ cōtingenti possibili:
qd' ꝓbat dupl'r: q2 ex opposito huiꝰ cōclusiōis
de contingēti nullꝫ c. cōtingit esse a. sumitur
hoc: quoddam c. necesse est esse a. qd' nō fieret
si illa de cōtingēti nō esset de cōtingēti possi-
bili. Scd'o ꝓbat ꝑ exēplū: vt nullū intelligēs
est coruus: oēm hoiem cōtingit esse intelligen
tem: ergo nō oēm hoiēꝫ ꝯtingit nō esse coruū.
Tertia regula. maiore vniuersali negatiua de
inesse vel affirmatiua: et minore vniuersali ne
gatiua de ꝯtingēti fit sillogismus impfectus
qui debet ꝑfici cōuertendo minorē in opposi
tam qualitatē. Quarta regula q̄ est de modis
particularibꝰ. maiore vniuersali siue affirmati
ua siue negatiua de cōtingēti ⁊ minore parti-
culari affirmatiua de inesse fit bonus sillogis-
mus in darij vel in ferio. sed si maior sit parti-
cularis negatiua de cōtingēti fit sill's impfe-
ctus. ¶ In tertia parte pncipali determinat
de formatiōe ex vna de necessario ⁊ alia de cō-
tingenti ponēdo aliquas regulas. Prima re-

*Regule de formatione sill'orum ex vna de necessario et alia de contingenti.*

gula. si maior sit vniuersalis affirmatiua de ne
cessario: et minor vniuersalis affirmatiua de
cōtingēti fit sillogismus impfectus ad cōclu-
dendū conclusionem de contingenti possibili.
Scd'a regula. si maior fuerit vniuersalis affir
matiua de contingenti: et minor vniuersalis
affirmatiua de necessario fit sillogismus ꝑfe-
ctus ad cōcludendum cōclusionē de cōtingēti
specialiter capto. Deinde ostendit qualiter ar

*Regl'e ostēdentes modū arguēdi i negatiuis.*

guendum est in negatiuis ponens aliquas re
gulas. Prima. si maior sit vniuersalis negati-
ua de necessario: et minor affirmatiua de ꝯtin
genti potest sequi duplex cōclusio scilꝫ de con
tingenti ⁊ de inesse. Secunda regula. q ex ma
iore vniuersali negatiua de cōtingenti ⁊ mino
ri vniuersali affirmatiua de necessario fit sillo
gismus ꝑfectus concludens cōclusionē de cō
tingenti specialiter capto. et hoc in celarent.
Tertia regula. si in illa mixtione minor sit ne-
gatiua de contingēti fit sillogismus imperfe-
ctus qui perficitur conuertendo minorem in
oppositam qualitatē: sed si minor sit negatiua
de necessario nō fit bonus sillogismus. ¶ De

*Regule ostēdentes formare sill'os ꝑticulares.*

inde docet formare sillogismos particulares
ponens tres regulas. Prima. maiore vl'i nega
tiua de necessario ⁊ minore ꝑticulari affirma-
tiua de contingenti sequit̄ cōclusio de contin
genti large capto ⁊ etiā de inesse. Secūda re-
gula. maiore vniuersali negatiua de contingē
ti ⁊ minore particulari affirmatiua de necessa
rio sequitur conclusio de contingenti specia-
liter capto. Tertia regula. si vniuersalis affir-
matiua sit de necessario ⁊ particularis de cō-
tingenti sequitur conclusio de contingenti et
non de inesse. Ex istis infert q maiore parti-
culari de necessario non fit sillogismꝰ directe
concludendo: quia dandi sunt termini in qui-
bus omni ⁊ in quibus nulli. Etiam nō sequi-
tur maiore de contingenti particulari ⁊ mino
re vniuersali negatiua de necessario. Infert̄
tertio q in eisdē modis valet mixtio ex vna
de contingenti ⁊ altera de necessario sicut ex
vna de contingenti ⁊ altera de inesse.

*Q̄ño formātur sillogismi in secunda figura.*

¶ In secunda autem figura quādo cō-
tingentes quidam sumuntur vtreqꝫ ꝓ-
positiones nullꝰ erit sillogismꝰ siue sint
affirmatiue siue priuatiue: siue vniuersa-
les: siue particulares. Quando autem
hec quidam inesse illa vō contingere si
gnificat: affirmatiua inesse significante
nunq̄ꝫ erit sillogismus: priuatiua autem
in esse existente vniuersali semper.
¶ Istud ē tertiū capl'm huius tractatꝰ i quo

phs determinat de formatiōe silloꝝ ex ambabus de ↄtingenti in scda figura: ⁊ diuidit in tres partes. In prima ponit aliq̄s regulas. Quarū prima talis est. ex ambab⁹ de ↄtingē|ti q̄litercūq₃ dispositis nō fit sill'us in scda figura gr̄a forme. ¶ Scda regula. ex affirmatiua de inesse ⁊ altera de contingenti in scda figura nullus fit sill'us: sed bene pōt fieri vl'i negatiua exn̄te de inesse. ¶ Tertia regula. in mixtiōe de necessario ⁊ ↄtingēti eodē mō sillogisandū est sicut ex vna de inee ⁊ alia de ↄtingēti. ⁊ infert q ↄtingens eodē mō d₃ capi in hac figura sicut in pma. s. p ↄtingēti spāliter dicto. Deinde pbat trib⁹ rōnib⁹ q vl'is negatiua de ↄtingēti nō ↄuertat simpl'r in terminis faciēdo de subo pdicatū ⁊ econtra. Et d₃ intelligi de negatiua vbi negatio nō ponatur ad modū. ¶ Prima rō. q2 si vl'is negatiua cōuerteret simpl'r i terminis: tūc etiā vl'is affirmatiua ↄuerteret simpl'r qd est falsu₃. ↄñam pbat: q2 vl'is affirmatiua ⁊ vl'is negatiua de cōtingēti ad vtrūlibet eq̄pollēt. ¶ Scda rō. q2 tūc ex vo seq̄ret falsum. nā si ista cōuertat omnē hoiem ↄtingit nō eē albū: g oē albū cōtingit nō eē hoiem. ex vero seq̄ret falsum: cū añs est verū ⁊ ↄñs falsu₃. ¶ Tertia rō. q2 illa ↄña nō ē bona in q̄ ex opposito ↄ̄dictorio ↄñtis nō iferf oppositū añcedētis: s₃ ista ē hmōi: igif. ⁊ hoc pbat in l'ris: q2 oppositū ↄ̄dictoriū isti⁹: oīe a. ↄtingit nō eē b. est istd. nō oīe a. cōtingit nō eē b. ad qd nō sequif istd quoddā b. necesse est esse a. qd ē oppositū añtis. ¶ Cōsequēter in scda pte pncipali determinat de gnatiōe in spāli sillogismoꝝ ex vna de inee ⁊ alia de contintingenti in scda figura ponēdo aliq̄s regulas. Quaꝝ pma est. in modis vl'ib⁹ scde figure affirmatiua exn̄te de inesse: ⁊ negatiua de cōtingenti nō valet sill'us: quia ibi sunt dabiles termini in quib⁹ oīi et in quib⁹ nulli. Scda regula. in eisdē modis ↄpōne de inesse exn̄te affirmatiua fit bon⁹ sillogismus. Tertia regula. ex ambabus existētibus negatiuis in eisdē modis altera de cōtingēti ⁊ altera de inesse fit sillogismus impfectus q̄ debet pfici cōuertēdo negatiuā de cōtingēti in oppositā qualitatē. Quarta regula. ex ambabus premissis affirmatiuis altera de cōtingēti et altera de inesse nō fit bon⁹ sillogism⁹. Quinta regula. eodē modo sillogisandū est i pticularibus sicut in vniuersalib⁹: ita q si illa de inesse sit affirmatiua nō fit bon⁹ sillogismus. Sexta regula. si ambe premisse sint particulares non fit bonus sillogism⁹. ¶ In tertia parte principali determinat de mixtione sillogismorum ex vna de necessario ⁊ alia de contingenti: et intendit quattuor regulas. Prima. in modis vniuersalib⁹ scde figure semp val₃ sillogism⁹ negatiua existente de necessario ad ↄcludēdū ↄclusionē de contingēti ⁊ etiā de inesse. Scda regula. si ambe sint negatiue fit sillogism⁹ impfectus q̄ pficif cōuertēdo illā de ↄtingēti in oppositā qualitatē. Tertia regula. affirmatiua existente de necessario nunq̄ valet sillogismus in scda figura. Quarta regula. eode₃ mō sillogisandū est ex vna particulari ⁊ altera vniuersali in modis pticularibus siue vl'ibus.

Rōnes pbātes vl'e₃ negatiuam simpliciter conuerti in terminis.

Regule secūde ptis.

Regl'e tertie partis.

¶ In postrema aute₃ figura et vtrisq₃ ↄtingētibus vel altera erit sillogismus: qñ ergo cōtingere significāt ppositiōes et conclusio erit contingens.

¶ Istud est quartū capitulū huius tractatus in quo phs determinat de formatione sillogismoꝝ ex illis de cōtingēti in tertia figura. Et diuidif in tres ptes. In prima docet formare sillogismos ex ambab⁹ de cōtingēti ponendo aliq̄s regulas. Prima est. in tertia figura ambab⁹ pmissis existētib⁹ de ↄtingēti aut altera tm̄ erit bon⁹ sill'us: siue sint affirmatiue siue negatiue. Scda regula. ex ambab⁹ de ↄtingēti altera exn̄te pticulari ⁊ altera vl'i: siue ambe sint affirmatiue siue negatiue siue altera tm̄: semper fit bon⁹ sillogismus. ¶ Tertia regula. quādo ābe pmisse sunt pticulares vel indefinite nūq̄ fit bon⁹ sill'us. ¶ In scda pte determinat de formatione mixta sill'oꝝ ex vna de inesse ⁊ altera de contingēti in tertia figura. Et ponit tres regulas. Pria. in oībus modis tertie figure ex vna de inee ⁊ altera de cōtingenti dūmodo illa de inesse sit de inee simpl'r fit bonus sill'us. ¶ Secūda rl'a. si ambe sint negatiue: quaꝝ pma sit vl'is dūmodo minor sit negatiua de cōtingēti fit sill'us impfect⁹ q̄ pficitur cōuertēdo ppōnē de cōtingēti i oppositā q̄litatē. ¶ Tertia rl'a. ex ābab⁹ ptic'larib⁹ vl' indefinitis nō fit bonus sill'us. In tertia pte determinat de gn̄atione mixta sillogismoꝝ ex vna de nec̄rio ⁊ alia de cōtingēti i tertia figura. ⁊ intēdit q̄ttuor regulas. pma in modis affirmatiuis tertie figure altera existēte de necessario: ⁊ altera de cōtingēti sp fit conclusio de cōtingēti. Scda. i modis negatiuis si affirmatiua sit nec̄rio seq̄tur solū conclusio de cōtingenti. si vo negatiua sit de nec̄rio sequitur cōclusio tā de inee q̄ de cōtingēti. Tertia rl'a. minore negatiua de contingēti fit sill'us impfect⁹ q̄ pficif p ↄuersionē in oppositā q̄litatē. Quarta rl'a. eodē mō sillogisandū est i modis pticularibus sicut in modis vniuersalibus.

Regule docentes formare sill'os ex ambab⁹ de cōtingē|ti in tertia figura.

Queritur vtrū diffinitio contingētis ⁊ regule de formatione sillogismoꝝ ex ābabus vl' altera de contingēti vl' de nec̄rio sint a pho sufficiēter assignate. Arguif contra pmā partē: q2 diffinitio contingentis conuenit sorti ex quo sortes non ē qd necessariū ⁊ ipso posito in eē nullū seq̄tur impossibile. Itē vel ibi diffinitur contingēs pme intētionaliter: vel secunde intētionalif: s₃ nullū illoꝝ est dicēdū: igif. Scdo sic ↄ̄ aliam ptē: q2 non seq̄tur oē albū: ↄtigit eē hoie₃: omne risibile cōtingit eē albū: g oē risibile ↄtingit eē hoiem. cū añs sit verū ⁊ ↄñs falsum: cū ex ipsa sequatur ista, omne risibile contingit

An diffinitio cōtingētis et regule de formatione sill'oꝝ sint sufficienter assignate.

nō esse hoīem qđ est falsuꝫ. ¶ Tertio sic. nō seq̄tur. oē currēs est hō: oēm asinū ꝯtingit esse currentē: ergo oēꝫ asinū contingit esse hoīem. ¶ Quarto sic. i oī bono sillogismo ꝯclusio dꝫ esse similis alicui p̄missarū: ergo qñ p̄misse sunt de cōtingenti vel de necessario non pōt sequi cōclusio de inesse. ¶ Quīto. nō seq̄tur. oē suppositū in diuinis esse deū est ꝯtingēs: quelibꝫ p̄sona diuina necessario ē suppositū: ergo quālibet p̄sonā diuinā esse deū est ꝯtingēs. ¶ In oppositum est p̄hs in textu. In questiōe erūt tres articuli. Quantum ad primum

Cōtingēs quō diffinitur.

Quid est cōtingēs secū de itētionaliter captū.

Quid est ꝓpositio contingens.

¶ Sciendum est primo ꝙ qñ diffinitur cōtingēs diffinit̄ cōtingēs captū scđe intentionaliter ⁊ nō p̄me intētionalr: puta vt ē dispositio: vel vt est qđdā sincathegoreuma determinās copulā vl' cōpositionē p̄dicati cū subo. Unñ contingēs scđe intētionalr captū non est aliud q̄ ꝑpō cōtingēs q̄ nō ē nec̄ria neq̄ impossibilis. Unñ ꝑpō cōtingēs est q̄ qualitercūq̄ p ipam significat̄ esse significatione totali cōtingit ita esse ⁊ illō ita esse: neq̄ est necessariū neq̄ īpossibile: neq̄ ad ita eē seq̄tur aliqđ īpossibile. Ex quo seq̄tur ꝙ ibi nō diffinit̄ ꝓpō de cōtingēti: q2 oīs ꝑpō de ꝯtingēti ē necessaria vl' īpossibilis. Et si q̄s dicat. illa diffinitio īplicat cōtradictionē: igit̄. añs ꝓbat̄: q2 denotat ꝙ si nullū necessarium sit ꝙ ipsa pōt poni in esse qđ est falsuꝫ. etiā denotat ꝙ si nullū sit necessariū nullū sequit̄ īpossibile qđ est falsum: cuꝫ ad impossibile sequatur quodlibꝫ. Respōdet̄ ꝙ nō facit illū sensuꝫ: sꝫ facit istū contingens: id est ꝓpositio cōtingēs est q̄ nō est necessaria ⁊ posito ita esse sicut per ipam significatur nullum sequitur impossibile. Unñ propositionē poni in esse pōt tripl'r intelligi.

Quot modis intelligitur ꝑpōnē poni in esse.

vno modo ꝓpositio pōt sic poni in esse dū profertur vel scribitur: ⁊ ad ipam sic poni in esse nō sequitur aliqđ īpossibile. Alio modo ꝙ ipa ponat̄ in esse vero: puta ꝙ ponat̄ ꝙ ipa sit v̄a ⁊ sic nō opꝫ. Nā s̄m aliquos multe sunt ꝑpōnes possibiles q̄ nunq̄ possunt esse v̄e: vt illa nulla ꝑpō est vera q̄ nūq̄ pōt esse vera: ⁊ tñ est possibilis s̄ꝫ eos: quia qualitercūq̄ p ipaꝫ significatur esse possibile est ita esse: q2 possibile est ꝙ nulla ꝑpō sit negatiua. Alio modo ꝑpō dꝫ poni in esse: quia ponitur ita esse sicut p ꝑpōnem significat̄ esse vel fuisse vel fore: ⁊ sic capitur hic. vnde ad ꝑpōnē ei' qđ significatur per propositionem contingētem vel possibilem nullum sequitur impossibile.

Utrum ex possibili sequatur impossibile.

¶ Sciendū est secūdo ꝙ circa textum incidūt alique difficultates. Prima. an ex possibili sequat̄ īpossibile: ⁊ videtur ꝙ sic: q2 bñ seq̄tur oīs ꝑpō est affirmatiua: g̃ nulla ē negatiua: ⁊ tñ añs est possibile ⁊ ꝯñs īpossibile: q2 qñcūq̄ ponet̄ sp̄ significat aliter eē q̄ sit. Itē bñ sequit̄ in istā p̄tē cōtinuū pōt diuidi ⁊ in istā p̄tē: ⁊ sic de aliīs: ergo in oēm p̄tē ꝯtinuū pōt diuidi: ⁊ tñ añs est possibile: ⁊ ꝯñs īpossibile: igi̅. Itē bñ sequit̄. heri fuisti extra ciuitatē: g̃ tūc nō fuisti infra ciuitatē posito ꝙ heri nō fueris extra ciuitatē: sꝫ ī ciuitate. añs ē possibile ⁊ ꝯñs īpossibile: cū sit vna ꝑpō de p̄terito falsa: cui' ꝯtradictoria ē nec̄ria: puta ista ego fui heri īfra ciuitatē cū oīs ꝑpō de p̄terito v̄a sit nec̄ria. Itē bñ seq̄tur. nulla ꝑpō ē vera: g̃ chimera est. cū oppositū ꝯñtis nō pōt stare ī veritate cū añte: ⁊ tñ añs ē possibile ⁊ ꝯñs īpossibile: igit̄. ¶ In oppositū est p̄hs ī textu ⁊ posset ꝓbari rōne. nā si añs sit possibile: et ꝯñs īpossibile poterit ita eē sicut p ꝯñs significat̄: dato ꝙ nō ita sit sicut p ꝯñs significat̄ qđ est impossibile in bona ꝯña. ideo r̄ndet̄ ad rōnes. ¶ Ad primā dꝫ ꝙ lꝫ cōsequēs sit falsum cū sit ꝑpō falsificās seipam: tñ nō est īpossibile. Aliī dicūt ⁊ meli' ꝙ ꝓprie nō sequitur: q2 argueret̄ ab vna hypothetica copulatiua ad aliā copulatiuā: q2 ꝑpōnes falsificātes seipsas sunt hypothetice copulatiue vel saltem sunt ꝑpōnes p̄les. ¶ Ad scđam dꝫ ꝙ lꝫ oēs ille singl'ares sint possibiles: tñ sūt īcōpossibiles adiuicē: iō copulatiua cōposita ex ipis est īpossibilis. ⁊ p hoc habet̄ ꝙ ad h̄ ꝙ ꝑpō vl'is de possibili sit vera nō sufficit oēs p̄tes eius esse veras: sꝫ req̄rit̄ ꝙ sint cōpossibiles. Dicūt tñ aliq̄ ꝙ sufficit ꝙ ille singulares seorsuꝫ sint possibiles: iō ad ponēdū ꝑpōnem vl'ēꝫ de possibili in esse sufficit ꝙ ponat̄ in esse p singulares sumptas sine coiūctione. melius tñ est ꝙ ponat̄ in esse p singl'ares cōpossibiles adinuicē. Unñ ad ponēdū aliquas ꝑpōnes in eē ponūtur aliq̄ regule. Prīa. qñ alicui' ꝑpōnis subm̄ ⁊ p̄dicatū repugnāt: tūc dꝫ mutari subm̄ ī hoc pronomē hoc: vt albū pōt esse nigrū. ponitur sic in esse hoc est nigrū: meretrix erit v̄go: hoc erit virgo. ⁊ sic de aliīs. Etiā qñ ponitur determīatio repugnās illi de p̄nti dꝫ remoueri: vt ego bibā cras. sic ponit̄ in esse ego bibo: et ista sine pedibus hō pōt āmbulare: ponitur sic. hō ambulat. Etiā ꝑpō de copulato dꝫ poni p p̄tes sumptas sine coiūctione: vt adam ⁊ noe fuerūt. sic ponitur in esse: adā ē noe est. ¶ Ad aliā dꝫ ꝙ ꝓp̄t cōsequētia nō valet cū añs in aliq̄no casu pōt esse verū ꝯñte existēte falso: vt si deus faceret hominem in diuersis locis. ¶ Ad aliā dꝫ ꝙ licet ꝯñs non possit stare ī veritate cū antecedente hoc tñ nō sufficit ad bonam ꝯñam: sed requirit̄ ꝙ repugnet añti. Et si dicat̄. añs nō pōt esse verū sine ꝯñte: igitur. Respōdeo ꝙ hoc nō sufficit ad bonā ꝯsequētiā: sed req̄ritur ꝙ qualitercūq̄ p añs significatur esse impossibile est esse: quin ita sit sicut per consequens significatur.

Regule ostendentes quō ꝓpositiones ponūt̄ in esse.

Quō sunt sill'i ex ꝓpōnib' de vero ⁊ falso.

¶ Sciendū est tertio ꝙ proprie ex propositionib' de vero ⁊ falso nō fiūt alit̄ sill'i q̄ ex illis de ī esse saltē ex illis de vero. vñ ista ꝓpō oēꝫ hoīem vērꝫ est eē aīal. pōt habere istuꝫ sensum. talis ꝑpō oīs hō ē aīal est vera ⁊ est sensus cōposit'. Si aūt sumatur significatiue: tūc sensus est. oīs hō est aīal. Silr' de ista hoīem falsum est eē aīal. talis ꝓpositio homo

est aial est falsa: vt null⁹ hõ est aial. Et quo sequit ꝙ idem significat ꝑ istã hoiez verꝝ ẽ esse aial: ⁊ ꝑ istã hõ est aial: ⁊ ꝑ istã hoiez falsuz est eẽ aial: ⁊ ꝑ istã null⁹ hõ ẽ aial. Et sic pꝫ ꝙ reducẽdo istas de vero ⁊ falso ad illas de inesse: silr sillogisandum est ex ipis. ¶ Sed restat dicere de scito ⁊ opinato ⁊ imaginato. vñ ad oẽm propositionẽ de scito cũ ista iplicatione ꝙ est sine affirmatione vel negatione ad ꝓpõnẽ de inesse est bona ꝯña: vt bene sequit oẽ qd est b scio eẽ a: g oẽ b est a. vñ iste termin⁹ scio ãpliat subm ad supponẽduz nõ soluz pro pñtibus: sed etiã pro pteritis ⁊ futuris. Et iõ si nõ ponat ly ꝙ ẽ nõ valet ꝯña. vñ dato ꝙ deus nũc nihil crearet: tñ ista est vera oĩe creans nũc non scio esse deũ: ⁊ tñ ista esset falsa oẽ creans est deus. iõ nõ sequit ꝙ si ego sciã oẽm hoiem esse coloratum: ꝙ oẽm hoiem sciam esse coloratũ. seqtur etiã ꝙ oẽm hoiem siue mortuũ siue generanduz scio esse coloratũ. Et ideo magna est drĩa iter istas duas ꝓpõnes scio oẽm nũerũ denarioꝝ existenciũ in bursa tua eẽ parẽ: ⁊ omnem nũerum denarioꝝ existentium in bursa tua scio eẽ parẽ. Et istis seqt ꝙ i qualz figura ex ãbab⁹ de scito fit bon⁹ sill'us dũmõ caueat ne varietur appellatio: qꝛ appellat pdicatũ sm suã ꝓpriã roẽm. Sed de opinato nõ pñt fieri boni silli. Nã pono casuz ꝙ ego videã vnũ lapidẽ a lõge ⁊ opiner cũ eẽ aial ⁊ cũ hoc ego opinoꝛ oẽz lapidẽ eẽ ialatũ: tũc ex vero seqt falsuz sic arguendo. hũc lapidẽ opinoꝛ esse inaiatũ: et hũc lapidẽ opinoꝛ eẽ aial: g aial opinoꝛ esse inaiatũ.

*Quid ẽ dicẽdũ de ꝓpõnib⁹ de scito opinato ⁊ imaginato.*

*Quõ valet ꝯña a ꝓpõne de inesse ad ꝓpõnez de ꝯtigẽti.*

¶ Sciendum est quarto ꝙ circa textuz incidũt aliq̃ parue difficultates. Pria vtrꝫ a ꝓpõne de inesse ad ꝓpõnẽ de cõtingẽti valeat ꝯña. rñdetur ꝙ a ꝓpõne de inesse indefinita ꝑticulari vel singulari ad vnã de cõtingẽti particularẽ idefinitã vel singularẽ est bona ꝯña: vt bene sequit. homo est alb⁹: ergo hominem contingit esse albũ: sꝫ ab vl'i ad vl'em non valet ꝯña: qꝛ argueret a minus amplo ad magis amplum cũ distributione magis ampli. etiam ex vero sequeret falsum sicut dictũ est superi⁹ ex vl'i de inesse ad vl'em de possibili: vt non sequitur. oẽ album est equ⁹ dato ꝙ nihil sit albũ nisi equus: g oẽ albũ ꝯtingit esse equũ: qꝛ ꝯñs est falsum cũ sensus sit oẽ qd põt esse albũ cõtingit esse equũ. ¶ Alia difficultas. vtrũ hominẽ esse sit vnum ꝯtingẽs. ⁊ videt ꝙ non: qꝛ non potest nõ esse: igit. añs pꝫ: qꝛ posset non esse quãdo est vel quãdo nõ ẽ. nõ quãdo ẽ: qꝛ si aliqd qñ ẽ põt nõ esse: g qñ aliqd põt esse potest nõ eẽ: g aliqd simul ⁊ semel põt esse ⁊ non eẽ. Dicũt aliq̃ ꝯcedẽdo totũ argumẽtũ in sensu diuiso: sed non in sensu cõposito. Dicũt tamen aliqui ꝙ nõ sequit aliquid simul ⁊ semel potest esse ⁊ nõ esse: qꝛ signetur illud tale ⁊ demonstretur: ⁊ demõstrato sic arguit. hoc põt esse ⁊ non esse: ergo ista ẽ possibilis hoc est et non ẽ. pꝫ ꝯña: qꝛ quelibet singularis cuius subm est nomẽ ꝓpriũ aut ꝓnomẽ demonstratiuum si est vera hꝫ aliquã de inesse possibilẽ: ⁊ isti dicunt ꝙ non sequit quãdo aliqd põt eẽ põt non esse: g aliqd simul ⁊ semel põt esse et nõ esse: sꝫ bene sequit cõclusio aliqd simul potest esse ⁊ nõ esse. ⁊ hec de primo articulo.

*Hoiem esse an sit contingens*

*Vtrũ ꝓpõ de cõtingẽti ad vtrũlibet ꝯuertatur in oppositã qualitatem.*

¶ Quantum ad scdm dubitatur primo vtrũ ꝓpõ de ꝯtingenti ad vtrũlibet possit cõuerti in oppositã qualitatẽ. Et arguit primo ꝙ non: qꝛ non sequit chimera ꝯtingit nõ esse: g chimeram cõtingit eẽ. ¶ Scdo sic. nõ seqtur nullũ hoiem cõtingit esse albũ: ergo oẽm hominẽ contingit esse albũ: igit. ¶ Tertio sic. ex negatiua nũq̃ seqtur affirmatiua formalr: igitur ista ꝯña nõ valet hoiem ꝯtingit nõ currere: g hoiem ꝯtingit currere. Nam negatiua hꝫ duas causas vitatis: ⁊ affirmatiua hꝫ tñ vnã causam vitatis. ¶ Quarto sic. vnũ oppositoꝝ non infert reliquũ: sꝫ ista opponũtur. oẽm chimeram ꝯtingit non esse: ⁊ oẽm hoiem ꝯtingit esse: igit. ¶ Quinto sic arguẽdo. oẽm hoiem ꝯtingit esse albũ: g oẽm hoiez ꝯtingit nõ esse albũ. Arguit a nõ distributo ad distributũ: g ꝯña nõ ẽ bona. In oppositũ est phs in textu.

*Ꝓpõnes de cõtingẽti quõ ꝯuertũtur.*

Pro cui⁹ rñsiõe supponit primo ꝙ ꝓpõnes de cõtingenti ꝓpãliter capto cõposite q̃ ad se totas eodẽ mõ ꝯuertũtur sicut ille de inesse: sed quo ad dictũ nõ eodẽ mõ ꝯuertunt sicut ille de inesse. Nã ille ꝓpõnes: quaꝝ dicta pñt ꝯuerti simplr: etiã conuertũtur simplr posita ꝯñtia ꝓpõnis ꝑ qua dictũ ꝯñtis supponit. ⁊ tenet ista ꝯña ꝑ istã regulã: sicut vnũ ꝯuertibilium ẽ contingẽs: ita ⁊ reliquũ: sꝫ ꝓpõnes de contingẽti quaꝝ dicta non conuertũtur simpliciter: nõ ꝯuertũtur in terminis quo ad dictũ: qꝛ nõ opꝫ si añs sit contingẽs ꝙ ꝯñs sit ꝯtingẽs: iõ non seqtur oẽ exñs eẽ deũ est contingẽs. ⁊ hec ꝓpõ de⁹ est existẽs est: g deũ esse existẽtem ẽ contingẽs: cum añs sit verꝝ ⁊ ꝯñs falsum. vnde tales ꝓpõnes cõposite non ꝯuertũtur in oppositã qlitatẽ: vt nõ sequit oẽ existẽs eẽ deũ ẽ contingẽs: ergo nullũ existens esse deum est ꝯtingens. Sed diuise de contingenti ꝓpãliter capto ꝯuertũtur in oppositam qualitatẽ dũmodo caueat ꝙ in tali ꝯuersione modus silr se habeat in ꝯuertẽte ⁊ ꝯuersa: vt si in vna negatio nõ preponat mõ: nec etiã in altera: sed verbũ dꝫ se habere dissimilr: ita ꝙ in vna dꝫ imediate ꝑponi negatio: ⁊ in alia nõ: vt deus ꝯtingent est creãs: g de⁹ cõtingẽter nõ est creãs. similr nullũ creãs ꝯtingẽter ẽ de⁹: g nullũ creãs ꝯtingẽter nõ est de⁹. Vñ ꝯuersio in oppositã qlitatẽ est duaꝝ ꝓpõnum cathegoricarũ diuisaꝝ de ꝯtingẽti ad vtrũlibet vtroqꝫ termino pricipãtiũ eodẽ ordine oppositarũ qualitatũ in qb⁹ mod⁹ silr se hꝫ vni⁹ ad alterã formalis consequẽtia. Sed querere aliqs: vtrũ tales ꝓpõnes diuise de ꝯtingẽti ꝓpãlr capto cõuertãtur i terminis. Rñdet ꝙ vl'is negatiua de cõtigẽti i qua mod⁹ nõ negatur nõ ꝯuertit in terīs: vt satis ꝓbat arist. Etiam vl'is affirmatiua ⁊ particularis affirmatiua non conuertũtur in terminis cũ ad af-

*Quid est cõuersio in oppositã qlitatem.*

*Vtrũ supradicte ꝓpõnes cõuertãtur in terminis.*

firmatiuā sequat̄ negatiua ꝛ ecōtra. Silr vl̄is
negatiua de ꝯtingenti in q̄ modus negat̄ nō
ꝯuertit̄ in terminis: q: nō sequit̄. oīe creās
nō ꝯtingenter est deus: ḡ ois deus nō cōtin-
genter est creans. cū aīs sit verū ꝛ ꝯn̄s falsū:
igit̄. ¶ Ad rōnes. Ad primā negat̄ aīs ꝙ nō
sequat̄: q: sicut vna est falsa ita ꝛ alia. ¶ Ad
scd̄am dr̄ ꝙ nō bn̄ arguit̄: q: modus nō se hz
vniformiter. ¶ Ad tertiā dr̄ ꝙ ad negatiuam
nō sequit̄ affirmatiua formalr̄: tn̄ bn̄ materia
liter. ꝛ h̄ qn̄ negatiua ꝛ affirmatiua ꝯuertibilr̄
se hn̄t. Et silr̄ dicat̄ ad quartā ꝛ ad quintam.

Q̄ūo for̄at sill̄s ex ambab⁹ de cō tingēti vel altera d̄ cō tingēti vel altera d̄ ne cessario vel de inesse.

¶ Dubitat̄ scd̄o vtrū ex ambab⁹ de cō
tingēti vel altera de contingenti ꝛ altera de
inesse: vel altera de necessario fiat bon⁹ sill̄s
in prima figura. Pro cui⁹ rn̄sioe supponit̄ p̄mo
ꝙ ex ambab⁹ de cōtingēti cōpositis attēden-
do q̄litatē ꝛ quātitatē ex p̄te toti⁹ ꝓpōnis va
let sill̄s: sz nō attēdēdo ex p̄te dicti. ¶ Prima
ps p̄z: q: nullibi repit̄ instātia. scd̄a pz: q: nō
sequit̄. oīe currēs esse asinū est cōtingens: ꝛ
oēm hoiem esse currētē est ꝯtingens: ḡ oēm
hoiem eē asinū ē cōtingēs: cū p̄misse sunt vere
ꝛ cōclusio falsa. Sz ex ambab⁹ diuisis de con
tingēti valet sill̄s ad inferēdū conclusionē de
ꝯtingēti spālr̄ capto ꝛ directe cōcludēdo: vt
pz inducēdo in oibus modis. Et dr̄ notanter
directe cōcludēdo. nā indirecte nō seq̄ret̄ vt
nō sequit̄ oīe albū ꝯtingit esse coloratū: oēm
hoiem ꝯtingit eē albū: ḡ oē coloratū nō cōtin
git eē hoiem. Etiā tales ꝓpōnes de ꝯtingēti
spālr̄ capto nō cōuertūtur in terminis: iō nō
opz ꝙ concludat indirecte. ¶ Supponitur
scd̄o ꝙ in quolz mō p̄me figure maiore de cō-
tingenti diuisa ꝛ minore de inesse sequit̄ ꝯclu
sio diuisa de ꝯtingenti spāliter capto directe
cōcludēdo. sz maiore de inesse ꝛ minore de cō-
tingēti nō vz ꝯn̄a ad inferendū ꝯclusionē de
ꝯtingenti spālr̄ capto: sz bn̄ ad inferēdū ꝯclu
sionē de ꝯtingēti possibili dūmō illa de inesse
sit de inesse simplr̄: ꝛ h̄ videt̄ velle aristoteles.
qd̄ tn̄ forte nō est verum: vt nō sequit̄ nullum
creans est deus: ꝛ ois essentia diuina cōtingē-
ter est creās: ergo ois essentia diuina cōtingē
ter nō est deus: cū p̄misse sunt vere et cōclusio
falsa: siue capiat̄ cōtingēs gn̄aliter siue spāli-
ter. Videt̄ etiā sibi cōtradicere: q: dicit ꝙ illa
de inesse debet esse de inesse simplr̄: et postea
exemplificat per istam. nullum intelligens est
coruus: ideo videt̄ ibi solū loqui disputatiue.
Tertio supponitur ꝙ maiore de cōtingenti et
minore de necessario sequit̄ ꝯclusio de ꝯtingē
ti in prima figura: et hoc est de ꝯtingēti spāli-
ter capto: sz maiore de necessario et minore de
cōtingēti sequitur cōclusio de ꝯtingenti possi
bili: et aliquādo cōclusio de inesse. sed quando
sequitur cōclusio de inesse tūc est sillogismus
impfectus q̇ nō regulatur p̱ dici de omī: sz q:
cōclusio nō est similis alicui p̄missarū: modo
opz semp̱ cōclusionē saltē de inesse esse similē
alicui p̄missa᷑; et hoc in qualitate sz nō in q̄nti
tate: q: in darapti cōclusio est particularis: et
tamen nulla p̄missarū est p̄ticularis. ¶ Quar-
to supponit̄ ꝙ ex ambabus de cōtingēti cōpo
sitis in scd̄a figura attēdendo qualitatē ꝛ q̄nti
tatē ex p̄te dicti simul ex ambabus de ꝯtingē
ti diuisis in q̇bus modus non negat̄ nō valet
sillogismus in scd̄a figura: sz bn̄ ex ambabus
diuisis in q̇bus modus negat̄. ¶ Quinto sup
ponit̄ ꝙ ex vna de cōtingēti ꝛ altera de inesse
siue negatiua fuerit de inesse siue de ꝯtingēti
nō valet sillogismus gr̄a forme in scd̄a figura.
exēplū qn̄ negatiua est de cōtingēti: vt nō seq̄
tur: ois hō cōtingēter nō est albus: ois asinus
est albus: ergo ois asin⁹ cōtingēter nō est hō:
cū premisse sint vere ꝛ cōclusio falsa. Exēplūz
qn̄ negatiua est de inesse: vt nō sequit̄ nullus
hō est currēs: ois asin⁹ cōtingēter est currēs:
ergo ois asin⁹ cōtingēter nō est hō. Si tn̄ illa
de inesse esset de inesse simpliciter forsan vale
ret ꝯsequētia. iō qn̄ dicit p̱hūs i textu ꝙ nega
tiua de inesse ꝛ alia de ꝯtingēti valet sillogis-
mus. hoc sp̄ dz itelligi gr̄a materie. Suppoīt̄
sexto ꝙ in scd̄a figura vl̄i negatiua existe de
necessario ꝛ affirmatiua de ꝯtingēti diuisis se
q̄tur cōclusio de ꝯtingēti large capto. ꝛ ēt de
inesse: sed nō alio mō videt̄ sequi gr̄a forme.

Q̄ūo valet sill̄s i tertia figura ex āmbabus de cōtingē ti: ꝛ alia de inesse et ne cessario ꝛc̄.

¶ Dubitatur tertio vtrū ex ambabus
de cōtingenti vel vna de contingēti ꝛ alia de
inesse vel de necessario valeat sillogism⁹ i ter
tia figura. Pro cui⁹ solutione supponit̄ p̄mo
ꝙ ex ambab⁹ de ꝯtingēti diuisis i tertia figu-
ra valet sillogism⁹: nec est dabilis istātia. Se
cūdo supponit̄ ꝙ maiore de contingēti ꝛ mi-
nore de inesse valet sillogism⁹ ad iferēdū cō
clusionē de cōtingēti spālr̄ capto: ꝛ qn̄ maior
ē de inesse simplicit̄ ꝛ minor de cōtingēti va-
let sillogism⁹ ad iferēdū ꝯclusionē de ꝯtingē
ti possibili: q: non reperit̄ instātia: ꝛ reducun
tur ad p̄mā figurā p̱ cōuersionē: demptis bo-
cardo ꝛ disamis q̇ reducūtur p̱ ipossibile ꝛ p̱
sillogismū expositoriū. ¶ Tertio suppoīt̄ ꝙ
in q̇libet modo tertie figure maiore diuisa de
ꝯtingēti spālr̄ capto ꝛ minore diuisa de neces
sario seq̄tur ꝯclusio diuisa de cōtingēti spālr̄
capto: q: nō ē rep̱ibilis istātia. Et reducun-
tur tales sillogismi p̱ sillogismū expositoriuz
ꝛ p̱ ipossibile: sz qn̄ p̄missa q̄ dz ꝯuerti ē de ne
cessario: tūc pōt reduci p̱ cōuersionē. Sz quā
do maior est de necessario ꝛ minor de contin-
gēti seq̄tur cōclusio de necessario: q: nō est da
bilis instātia. Et hec de secundo articulo.

Cōclusio soluēs p̄di cta dubia.

¶ Quantum ad tertium sit conclusio
rn̄salis ad q̄situ̅ diffinitio ꝯtigētis ꝛ regule de
formatiōe sillogismo᷑ ex ābab⁹ vel altera de
ꝯtingēti de iesse vl̄ necessario sūt a p̱ho suffi
ciēter assignate. ¶ Ad rōnes aīt oppositū. Ad
p̄mā pz solutio: q: ibi diffinit̄ cōtigēs qd̄ est p̱
pō ꝛ nō p̄me itētiōalit̄. ¶ Ad scd̄a3 dr̄ ꝙ bn̄ se
q̄tur: sz maior est falsa: q: sensus ē oē qd̄ pōt
esse album potest esse homo. ¶ Ad tertiam et
quartam patet solutio ex dictis. ¶ Ad quintā

dicitur q ibi arguit in compositis et parte dicti: ideo nõ valet. Etiam sicut conclusio est falsa ita et altera premissarum.

¶ Quoniam igit qui i his figuris sunt silli pficiútur p eos q in pria figura sunt vles sillos et in hos reducuntur: palam ex predictis. Qm autem simpliciter ois sillus sic se habebit: nunc erit manifestũ cum ostensus fuerit omis qui fit per ali quam istarum figurarum.

Quõ fiunt sillogismi.

Iste est quintus tractatus huius libri in quo docet phus resoluere sillm in sua principia. Et diuidit in quattuor capita. In pmo pbat hãc pclusionẽ q ois sillus fit in aliq triũ figurarũ. sic ois sillus affirmatiuꝰ: negatiuꝰ: vlis: pticular: ostẽsiuꝰ: et ex hypothesi fit in aliq triũ figurarũ: ß ois sillus est hmoi: igit. maiorem declarat in sillo ostẽsiuo sic. in omi sillo ostẽsiuo ostẽdit aliqd pdicatũ de aliquo subo i cõclusiõe p aliqd mediũ sumptũ in pmissis: vel q illud mediũ subijcit in vna et pdicat in alia pmissarũ. et sic ẽ i pma figura. vel pdicat in vtraqz et sic est i scda. vel subijcit in vtraqz et sic ẽ i tertia figura. et si ali quo alio modo fiat premisse erũt impertinẽtes: g ois sillus ostẽsiuus est in aliqua trium fi gurarum. Declarat cõsequenter ex sillo et hypo thesi. et pmo in sillo ad impossibile sic ois sillus ostẽsiuus est in aliqua triũ figurarũ: ß sillus ad impossibile fm aliquẽ sui pcessum est ostẽ siuus: g est in aliqua triũ figurarũ. minor pba tur primo in sillo ad impossibile sic, sicut se hꝫ dyameter ad symetrũ: ita abũdans ad pfectũ. ß dyameter est symeter: vt supponit: g abun dãs est pfectũ. ¶ Deinde declarat in sillo a trãsumpto: nã iste sillus quo ad primũ sui pcessum est ostensiuus: ergo oportet ipm fieri in aliqua triũ figurarũ. et quibus infert phs q ois sillus fit in aliqua trium figurarũ.

Utrum fiat sillꝰ in aliq triũ figurarum.

¶ Sequitur textus.

¶ Amplius autem in omni sillogismo oportet aliquem terminorũ predicatiuũ esse et vniuersalẽ. Sine vniuersali enim aut non erit sillogismus: aut non erit ad hoc quod positum est aut quod ex princi pio est petet.

¶ Istud est scdm capitulũ huius tractatꝰ in quo pbat phus q in quolibet sillo necesse est aliquã premissarũ esse vniuersalẽ et aliquã affir matiuã. et pmo pbat primã partẽ: qz si alicuiꝰ silli nulla pmissarũ esset vniuersalis sequeret aliqd istorũ incõueniẽtiũ. s. vel q nõ ostẽderet ppositũ vel q fieret petitio principij. hoc pro bat duobus exẽplis. primũ est morale: vt si qs velit pbare q musica voluptas est studiosa: et arguat sic. Uoluptas est studiosa musica; volu ptas est voluptas: ergo musica voluptas ẽ stu diosa: vel ergo accipiebat in maiore voluptas

Exempla pbantes qd requi rur ad sil logismũ.

p musica voluptate: et sic ẽ petitio pncipij. vł pro aliqua alia voluptate. et sic nõ ostendit p positũ: et p pñs nõ valet sillo. Aliud est exem plum mathematicũ: et est tale. anguli cõstituti supra circũferentiã semicirculi sunt equales: sed anguli equicruri sunt hmoi: ergo anguli eqcruri sunt equales: aut ergo anguli pstituti accipiunt pro angulis eqcruris: et sic est peti tio pncipij. vel p alijs angulis: et sic nõ osten ditur ppositũ. Et q ex puris negatiuis nihil sequat pbat: quia dabiles sunt termini in qui bus oi et i qbus nulli. Ex istis infert duo cor relaria. ¶ Primũ. vniuersale nõ sillogisat nisi ex pmissis vniuersalibꝰ: ideo si pclusio sit vni uersalis opz ambas pmissas esse vniuersales. ¶ Scdm correlariũ. in oi sillogismo opz pclu sionẽ esse similem alicui premissarum.

Correlaria ex pdictis.

¶ Palam autẽ et qm ois demõstratio erit p tres terminos et non plures: nisi p alia et alia eadẽ cõclusio fiat: vt e. per a. b. et per c. d. aut per a. b. et a. c. et b. c.

¶ Istud est tertiũ capitulũ in quo ostendit q in omni sillo sunt tres termini. et due ppõnes. primã partẽ pbat: qz i cõclusione sunt tm duo termini: sed ad inferẽdũ duos terminos in cõ clusione sufficit vnꝰ terminꝰ: qa si sumerentur plures termini nõ eẽt tã vnꝰ sillus: imo alter terminus superflueret. Scdam partem pbat puta q i sillo sint tm due ppositiones: qz ex tribus terminis non fiunt nisi due ppõnes partim conuenientes: et partim differentes: igitur in sillo sunt tm due propositiones. Ex quo infert q numerus propositionum in sillo gismo est perfectus: qz est numerus par: sed nũerus terminorũ est numerꝰ imperfectus: qz est numerus impar cum in sillogismo sint tres termini et due ppositiones.

Tres termi ni sillogis mozum.

¶ Quoniam aũt habemꝰ de quibꝰ sil logismi et quales in vnaquaqz figura et quod modis monstratur manifestum nobis est: et que propositio difficile. et q facile argumentabilis est.

¶ Istud est quartum capitulum huius tracta tus in quo ex precedẽtibus infert q ppositio est facilis ad pcludendũ: et que est difficilis. di cens q illa q in pluribus figuris et modis po test concludi ẽ facilis: et illa q in pluribus mo dis et figuris non põt pcludi est difficilis: et cum vlis affirmatiua tm concludatur in vna figura: et in vno modo sequit q est magis dif ficilis ad pcludendum: et cum particularis ne gatiua pcludatur i pluribus figuris: puta in tribus et in pluribus modis sequit q est ma gis facilis ad pcludendum. et per oppositũ ma gis difficilis ad destruendum: et vlis affirma tiua magis facilis ad destruendum. Ex quo in fert q facilius est construere particularia q vlia, et difficilius est destruere pticlare q vle. Ex q ifert q faciliꝰ est destruere q cõstruere.

Que ppõ nes facile et difficile cõcluduntur

¶ Quō aūt ydonei erimus semper sillogisare ad propositum ꝛ per quā viā sumemus que circa vnunquodqꝫ sunt principia nunc iam dicendum: nō eñi solum fortasse oportet generationem sillogismorum considerare; sed potentiam habere faciendi.

Tractat⁹ diuisio.

Iste est sextus tractatus in quo docet inuenire mediuꝫ ad sillogisandum vnam conclusionem. Et diuiditur in tria capitula. In primo ponit talem conclusionem. tradenda est ars per quam erimus prompti ad sillogisandum vnāquāqꝫ conclusionem.i.per quam sciemus inuenire media ad sillogisandū vnāquāqꝫ conclusionem. ¶ Secundo ponit talēꝫ

Entiū diuisio.

diuisionem entium: quedaꝫ de nullo predicātur vt idiuidua: vt sortes ꝛ plato: quedā que de pluribus predicātur: vt genera ꝛ spēs: quedam de alijs predicantur: ꝛ nulla de ipsis supple predicatione directa: vt sunt transcendentia. ¶ Secunda diuisio coꝝ que predicanť quedam predicātur essentialiter: vt superiora de inferioribus. ꝛ quedam accidētaliter: vt albū nigrū.

Consideratio ad mediū inueniēdū.

Deinde ponit talem considerationem ad inueniendū medium. oportet aspicere ad añtia ꝯña ꝛ extranea terminoꝝ cōclusionis: Ex quo infert ꝙ quanto aliquis magis abundat añtibus ꝯñtib⁹ ꝛ extraneis: tanto magis erit promptus ad inueniendū mediū.

Alie ꝯsideratōes de.codeꝫ.

¶ Cōsequenter ponit al's considerationes spāles quaꝝ prima est. sumendo ꝯñs ad aliquem terminum debemus sumere tale ꝙ sit ꝯñs ad totum ipm terminū.i.ꝙ predicet de eo vlr. silr sumendum est añs ꝙ vlr antecedat. ¶ Scđa cōsideratio. signū vle nō est apponēdū ꝯñti.i. predicato: sed añti.i.subo: qꝛ talis propō esset falsa si esset affirmatiua ꝛ predicatū hret plura supposita dīmō subm non supponeret ꝯfuse tm: vt hō est oīe aīal q̄ est falsa. ¶ Tertia ꝯsideratio. si velim⁹ sumere ꝯñs subi: non debem⁹ sumere ꝯñs predicati. sꝫ q̄cquid sequať ad predicatū sequať ad subm. Ex qua ꝯsideratione eliciť talis auctoritas. Quicquid sequitur ad ꝯñs bone ꝯñe: seqť ad ei⁹ añs. ¶ Quarta ꝯsideratio. si velim⁹ sumere extraneū dꝫ sumi tale extraneū quod sit propriū vni termino ꝯclusionis: ꝛ cū hoc maxime extraneū alteri. ¶ Quinta ꝯsideratio. si velimus sumere añs predicati nō debem⁹ sumere añs subi: sꝫ q̄cq̄d sit añs antecedentis sit ꝯñs ꝯñtis. Ex q̄ sumiť talis auctoritas. Quicquid antecedit ad añs añcedit ad consequens. ¶ Sexta con

Alie ꝯsideratōes ad inueniendum medium specialiori modo.

sideratio. nō oportet sumere illa que semper cōsequuntur: neqꝫ sumenda sunt ꝯña que cōsequunť ad oīa: vt sunt transcendentia: qꝛ ex talib⁹ argueret ex puris affirmatiuis in scđa figura. Consequenter docet al's considerationes ad inueniendū mediū specialiori modo. Prima. ad sillogisandū vlem affirmatiuā sumendū est mediū q̄d est añs ad predicatū cōclusionis ꝛ ꝯñs ad subꝫ eiusdē ꝛ fit dispositio primi modi prime figure ꝛ designať p istā dictionē fecana. ¶ Scđa ꝯsideratio. ad ꝯcludēdum particularem affirmatiuā sumēdum est mediū q̄d est añs ad vtrunqꝫ scꝫ tā ad subm q̄ȝ ad predicatū ꝯclusionis: ꝛ deseruit pro darapti datisi ꝛ disamis. In darij debet sumi sicut in barbara: ꝛ signatur hec ꝯsideratio per istā dictionē cageti. ¶ Tertia ꝯsideratio. ad sillogisandū vlem negatiuā sumendū est mediū quod est ꝯñs ad subm extraneū ad predicatū ꝯclusionis ꝛ hoc in celarēt ferio ꝛ cesare ꝛ designať p hanc dictionē dafenes: vel sumēdū est mediū quod est extraneū subiecto ꝯclusionis ꝛ ꝯñs ad predicatū eiusdē ꝛ hoc in camestres ꝛ baroco ꝛ designať p hāc dictionem hebare. ¶ Quarta ꝯsideratio ad sillogisandū pticularē negatiuā sumendū est medium quod est añs ad subm: extraneum ad predicatū ꝯclusionis. ꝛ hoc in felapton bocardo ꝛ ferison. ꝛ designatur per hanc dictionē gedaco. ¶ Quinta consideratio. ad ꝯcludēdū indirecte pticularē affirmatiuā sumendū est mediū q̄d sit añs ad subm ꝛ ꝯñs q̄d predicatū: ꝛ designať p hanc dictionē gebali.

Exēpla pdictas ꝯsiderationes declarātia.

¶ Cōsequenter declarat istas ꝯsideratiōes p exēpla. Et pmo pōit aliquas lrās q̄ sunt iste. a. b. c. d. e. f. g. h. Añ hec littera a. quando ponitur in fine alicuius dictionis significat qualis ꝛ quanta sit ꝯclusio inferenda: puta ꝙ sit vlis affirmatiua p. e. vlis negatiua. p. i. particularis affirmatiua. p. o. particularis negatiua. Sed quādo a ꝛ d. ponunť in duabus pmis syllabis dant intelligere subm ꝛ pdicatū ꝯclusionis. p c. subꝫ ꝛ p a. predicatū. ꝛ sumunť cū alijs ꝯsonātib⁹: vt a. cū istis tribus. b. c. d. ꝛ quādo ponitur b. denotať ꝙ mediū dꝫ esse ꝯñs respectu predicati. ꝛ qñ poniť c. denotatur ꝙ dꝫ esse antecedēs ad predicatū. ꝛ qñ poniť d. ꝙ sit extraneū respectu predicati: similiter hec littera e. ponitur cū tribus ꝯsonantib⁹. scꝫ. f. g. h. p. f. denotať ꝙ mediū dꝫ eē ꝯñs ad subiectū ꝯclusiōis. p g. ꝙ sit añs. p h. ꝙ sit extraneū respectu subi ꝯclusionis.

Alie ꝯsideratōes inutiles.

¶ Deinde ponit al's considerationes medij q̄ sunt inutiles. Quaꝝ prima est. si mediū sit ꝯñs ad ambas extremitates ꝛ signatur p hāc dictionē febas per quā signať argui ex puris affirmatiuis in scđa figura. ¶ Scđa ꝯsideratio. si mediū sit añs ad pdicatū extraneū ad subm. ꝛ signať p hāc dictionē hecae p quā arguereť minore negatiua in prima figura. ¶ Tertia ꝯsideratio. qñ est extraneū vtriqꝫ extremitati ꝛ signať p hāc dictionē hedas p quā arguereť ex puris negatiuis in qualibet figura.

¶ Ut ars inueniendi medium cunctis sit facilis plana atqꝫ perspicua ad manifestationē poniť sequens figura que cōiter ꝓpter eius apparentem difficultateꝫ pons asinoꝝ diciť: licet intellectis dictis in hoc passu omnibus possit esse familiaris ac intellecta.

Non pergunt asini per pontem sint nisi cauti
Pontem vel caueant pretereundo cadent
Impedit hic oculos sensus firmat dat et altos
In aliis saltus est sibi nulla salus

Horret equus talem validus certe titubantem
Dum graditur cernens sit licet ire potens
Non igitur rursum dico venian asinorum
Qui sed eos retro nunc remanere volo






Asinus pergens — Mutet ab omni dū pons eo parte tremit
Si nūc vadā labar cur cito regrediar

Asin' cadēs — Heu me quid faciē tuo nec ꝓbet mihi quisq
Auxiliū: monitor que dedit experior.

¶ Eodē aūt modo se habēt ꝛ q̄ ad impossibile deducūt sillis ostēsiuis. nā ꝛ ipi fiūt ꝑ ea q̄ sequūr. ꝛ q̄b⁹ seq̄r vtrū q3 ꝛ eadē cōsideratio est in vtrisq3.

Probat ꝑdictā artē eē sufficiētē ad oēm sillm.

¶ Istud est scōm caplm huius tractatus in quo ostendit predictā artē3 inueniēdi mediū esse sufficiētem ad oēm sillm. ꝛ p̄lo ꝑbat quo ad sillm ad impossibile: q2 ipa ē gnālis ad oē3 sillm ostensiuū: ḡ ad oēm sillm ad ipossibile: q2 eadē cōclusio ostēsa ꝑ sill3 ostēsiuū ex eisdē terminis ostēdir ꝑ sillm ad ipossibile: vt probat in ꝯclusiōe ꝑticulari affirmatiua ꝛ vli negatiua: vt si hec ꝯclusio nullū c est a. fuerit sillogisata in camestres ꝑ mediū b.h. sic arguēdo oē a. est b.h. nullū c. est b.h. ḡ nullū c est a. talis aūt ꝯclusio per eosdē terminos sillogisatur ꝑ ipossibile capiēdo ꝯtradictoriā ꝯclusionis cū maiore ad iferendū oppositū minoris: ꝛ faciendo oēs ꝑcessus q̄ reqrunr ad sillm ad impossibile: ꝛ tūc in vltimo talis cōclusio erit sillogisata. ꝛ ꝑcedit sills ex ipossibili semꝑ ex vna falsa ad cōcludendū vnā falsam ideo vocatur sills mēdacij.

Probat ꝑdictā artē eē gnālē3 ad alios sillos.

Cōsequēter ꝑbat ꝑdictā artē esse gnālē ad alios sillos ex hypothesi sicut sunt silli a trāsumpto: ꝛ ꝑm q̄litatē in subiectis: q2 eodē mō inuenir mediū3 i ipis sicut i sillis ostēsiuis. Est tn̄ dr̄a: q2 i sillo a trāsūpto nō sumūr ꝯn̄a añtia ꝛ extranea terioꝝ. iō talis sillus nō oñdit suā ꝯclusionē ꝑicipalē ꝑ hāc artē: s3 sumir ꝯn̄a añtia ꝛ extranea terioꝝ ꝯclusiōis ad quā se trāsfert. Siłr sills ꝑ3 q̄litatē in subis sumit mediū ꝯuertibile cū minori extremitate inferēs ex maiore vli ꝛ miore ꝑticulari ꝯclusionē vle3 in tertia figura: vt ħ ols hō est aial: hō ē risibilis: ḡ oīe risibile ē aial. Cōsequēr dicit istā artē eē gnāle3 ad sillos cōpositos ex modalib⁹ vł ex vna de inesse ꝛ alia modali q̄ sūt ostēsiui. nā eodē mō sumir mediū sicut i alijs sillis ꝯposit⁊ ex ambab⁹ de inesse. Ex quo infert ꝙ ista ars est gnālis ad oē3 sillogismū. etiā est gnālis ad inueniēdū mediu3 circa phiam. i. circa scias speculatiuas ꝛ circa artē. i. scias factiuas ꝛ circa disciplinā. i. circa scias morales. S3 q̄reret aliqs vtꝝ ꝑ istā scia3 possint sillogisari principia sciaꝝ.

Solutio q̄stionis.

Hoc remouet dicēs ꝙ nō: q2 p̄cipia sciaꝝ cognoscunr ꝑ viam sensus memorie ꝛ experientie: tamen ex ipis p̄cipijs pōt aliq̄d sillogisari ꝛ aliq̄d demonstrari. ¶ Sequitur textus.

¶ Quoniam aūt diuisio ꝑ gn̄a parua quedā ꝑticula est dicte methodi facile est videre. Est eīm diuisio velut infirmus sillogismus. Nā qd̄ oportet ostēdere quidem petitur.

An sills sit sufficiens ad inueniēdu3 medium.

¶ Istud ē tertiū capitulū i quo phs oñdit ꝙ diuisio. i. sills nō ē sufficiēs ad inueniēdū mediū ꝑpter ħ qd̄ nō valet ad demōstrandū diffinitionē de diffinito circa qd̄ ponit talē ꝯclusionē diuisio nō valet ad inueniēdū mediū silli: q2 diuisio. i. sills diuisiu⁹ est sills infirm⁹ eo ꝙ petit p̄cipiū. Deinde oñdit ꝙ talis sills nō ē vtilis ad oñdēdū diffinitionē de diffinito: q2 nullus sills capiēs mediū cōius maiori extremitati sillogisat vle3 affirmatiuā: s3 sills diuisiuus ē hmōi: igir.

An i sillo diuisiuo petar p̄icipium.

¶ Scōo ꝑbat: q2 i sillo diuisiuo petir p̄icipiū: igir. ꝛ ꝙ capiat mediu3 cōius maiori extremitati: ꝛ ꝙ petat p̄icipiu3 ꝑbat duob⁹ exēplis. sic arguēdo. oē aial ē mortale vel imortale: hō ē aial: ḡ hō ē mortal' vel imortal': s3 null⁹ hō ē imortalis: ḡ ē mortalis. in p̄lo ꝑcessu mediu3. s. aial est cōius maiori extremitati finalis ꝯclusiōis: ꝛ i scōo ꝑcessu ē petitio p̄icipij: q2 deberet ꝑbare ꝙ null⁹ hō ē mortalis. ꝛ illud assumi tāq3 notū. Scōm exēplū. oē aial mortale ē hn̄s pedes vel nō hn̄s pedes: sed ols hō ē aial mortale: igir ols hō ē hn̄s pedes vł nō hn̄s pedes. s3 nō ē nō hn̄s pedes: igir ē hn̄s pedes.

An diuisio sit vtil ad sillogisandū accidēs ꝛc.

¶ Deide oñdit diuisionē non eē vtilē ad sillogisandū accn̄s de subo nec aliqd̄ alid̄ ꝑdicatū: vtputa gen⁹ vł ꝑpriū: q2 in tali mō arguēdi nō ꝯcludir ꝑpositū vel petir p̄icipiū. Nā si aliqs dubitaret vtrū dyameter sit symetr'. i. ꝯmēsurabilis coste q̄drati. ꝛ arguir ols longitudo est symetra vel assymetra: dyameter est lōgitudo: ergo dyameter est symetra vel assymetra: sed nō est symetra: ḡ ē assymetra. ibi ē petitio principij cū eque ignotum sit dyametrum esse symetrā sicut assymetram. Ex quo infert ꝙ per diuisionē non pōt sillogisari diffinitio de diffinito.

Questio de sillo et modo inueniendi medium.

Queritur vtrū aristoteles sufficienter docuerit omnē sillm esse alicuius figure: ꝛ sufficienter tradiderit artem inueniendi medium.

¶ Arguitur primo ꝙ nō: q2 iste est bonus sillogismus. nullū risibile est hō: nullus asin⁹ est risibilis: ergo nullus asin⁹ est hō. ꝛ tamē nō ē in aliqua figura cū nō reducar ad aliquē modū prime figure. ¶ Scōo sic. iste est bon⁹ sills si a est b. est: sed a. est: ḡ b est. et tn̄ non reducir ad primam figuram: igitur. ¶ Tertio sic. ista scia est scia resolutoria: ḡ ipa nō est inuētiua: ꝛ ꝑ ꝯn̄s nō docet inuenire mediū. ¶ Quarto sic. hec scia tractat de resolutione ꝯn̄e et non ꝯn̄tis: ḡ nō h3 resoluere sillm in sua principia materialia: ꝛ ꝑ ꝯn̄s nō h3 docere artem inueniendi medium. ¶ Quinto sic. in ista scia determinar de sillogismo simpliciter dicto: sed regule ibi date de inuētiōe medij nō possunt ad ipm applicari: igir. Itē in terminis cōuertibilibus nō reperiūtur antecedentia nec consequētia: igir ista ars nō est gnālis ad omnes sillos. ¶ In oppositū ē philosophus i textu. In questione erunt tres articuli.

Sills est duplex.

¶ Quantū ad primū sciendū est p̄io ꝙ duplex est sills. s. cathegoricus ꝛ hypotheticus de q̄bus als visu3 est: s3 sillus cathegoricus adhuc est duplex. q̄dā est oñsiuus q̄. s. ex duab⁹ premissis i mō ꝛ figura dispositis ostēdit suā ꝯclusionē nō ꝑsupposita aliqua hypo-

thesi: vt sunt silli qui fiunt in aliqua triũ figu
rarũ. Alius est sill's ex hypothesi qui .s. facta
aliqua hypothesi .i. aliqua suppositiõe ex dua
bus premissis infert cõclusionez. ⁊ est triplex
scʒ ad impossibile de quo videbit̃ i scõo hui⁹.
a transsumpto: ⁊ ẜm qualitatem in subiectis.
vnde sill's a trãssumpto est ille in quo aliqs se
trãsfert ad probãdũ aliquã ɔclusionem extra
principale ꝓpositũ ex qua mediãte ɔcessione
vel amissione rñdẽtis finaliter cõcludit ꝓpo=
sitũ: vt si qs habeat ꝓbare ꝙ aĩa sortis est im
mortal'. ⁊ facit talẽ suppõnẽ ꝙ si ꝓbauerit anĩ
mã petri esse imortalẽ etiã ꝓbauerit sufficien
ter aĩaʒ sortis esse imortalẽ. quo admisso a rñ
dẽte transferat se opponẽs ad ꝓbãdũ istã aĩa
petri ẽ imortalis. sic arguẽdo oẽ beatũ est im
mortale: aĩa petri est btã: ḡ aĩa petri ẽ imorta

**Quid est sillus ẜm q̃litatẽ in subiectis.**

lis. ⁊ p ɔñs aĩa sortꝭ ẽ imortalis. Sʒ sill's ẜʒ q̃
litatẽ in subis dr̃ ille cui⁹ mediũ ⁊ minor extre
mitas sunt teri̇ ɔuertibiles rõne cui⁹ ɔuertibi
litatis ifert̃ ɔclusio vl'is i tertia figura: vt oĩs
hõ est aĩal: oĩs hõ ẽ risibilis: ḡ oẽ risibile ẽ
aĩal. Vel sic. sill's ẜm q̃litatẽ in subiectꝭ est qñ
oppõnes se trãsfert ad ꝓbãdũ aliquã ɔclonez
que ẽ sill's q̃litatꝭ ṽitatis ⁊ falsitatꝭ cũ ɔclone
principali q̃ etiã ɔuenit i subõ cũ ɔclusiõe pñ
cipali: iõ dr̃ sill's ẜm q̃litatẽ in subiectis: qr ꝓ=
põ ad quã se transfert est sill's qualitatis ⁊ si=
milis subiecti cum conclusione probanda.

**Aliq̃ diffi cultates circa textum inci dentes.**

¶ Sciẽdũ est scõo ꝙ circa textũ inci=
dũt alique difficultates. Prima. an oĩs sillus
diuisiuus ⁊ generalit̃ oĩs sill's sit i aliqua triũ
figurarum. Pro cuius solutiõe supponit̃ pri=
mo ꝙ in quolibet sill'o diuisiuo sunt duo pro
cessus. primus est sillogisticus in quo capitur
diuisiuũ pro medio ⁊ eius membra cõiũctim
cũ maiori extremitate et vnũ suppositũ diui=
sim pro minori extremitate. Sed p scõo ꝓces
su sumit̃ cõclusio ꝑcedẽtis ꝓcessus pro prima
propositione ⁊ pro scõa negat̃ alterũ mẽbroꝝ
diuidentiũ de illo supposito. ⁊ p conclusione
capitur alterũ membroꝝ de codẽʒ supposito:
vt pʒ in exemplis textus. ⁊ sic sill's diuisiuus
quo ad primum processuʒ est sillogisticus: sed
quo ad scõm processum petit principium. Et
ideo quo ad illum vocatur sillus infirmus.

**Quot mo dis intel ligit̃ sillꝫ eẽ in aliq̃ triũ figu= rarum.**

¶ Supponit̃ scõo ꝙ dupl'r pt̃ itelligi aliquẽ
sill'm esse in aliqua triũ figuraꝝ. vno mõ ꝓp̃e
⁊ directe qñ .s. mediũ ⁊ extremitates sunt tota
lia extrema .s. subiecta vel ꝑdicata. Et sic non
oĩs sill's ẽ i aliq̃ triũ figuraꝝ: vt pʒ de sill'o ex
obliqs. Alio mõ improprie siue reductiue qñ
scʒ mediũ ⁊ extremitates nõ sunt totalia extre
ma: ⁊ de h' iã visuʒ ẽ in pñcipio hui⁹ libri. Ex
istis dr̃ pr̃o ꝙ nullus sill's ex hypothesi q̃ ad
se totuʒ est in aliqua triũ figuraꝝ: qr in quolʒ
tali sunt plures ꝓcessus quoꝝ vnus ẽ sillogi=
sticus. alij sunt nõ sillogistici. Dr̃ scõo ꝙ oĩs
sillus cathegoricus obliꝗ⁹ ẽ ꝓp̃ie vel impro
prie ⁊ reductiue in aliq̃ triũ figuraꝝ. Dr̃ t̃rio
ꝙ nullus sill's hypotheticus ẽ in aliqua triuʒ
figuraꝝ: quia in eo nõ ẽ aliqđ mediũ ordina=
tũ ẜm dispõnẽ alicui⁹ figure. ¶ Scõa difficul=
tas. an i oĩ sillogismo sũt tm̃ tres teri ⁊ due ꝓ

**Scõa dif ficultas.**

põnes. Arguit̃ pr̃o ꝙ nõ. quia in sill'o ex op=
positis non sunt nisi duo termini vt patebit i
scõo huius: igit̃. ¶ Scõo sic. in omni sill'o sũt
due ꝓpões sed in q̃libet ꝓpõne sunt duo teri:
igitur sunt plures q̃ȝ tres. Pro solutõe suppo
nitur: ꝙ nõ opʒ terios ex quib⁹ cõponit̃ sillo=
gismus distingui vocaliter: vel ẜm significatũ

**Quõ di stinguũt̃ teri ex q̃= bus silli ɔponunt̃**

sʒ sufficit ꝙ distiguãt̃ officiał'r. ita ꝙ tria disti
cta officia exerceãt: vn⁹ offim̃ medij: alter offi=
ciũ maioris extremitatꝭ: ⁊ alter minoris extre=
mitatis. Ex isto pʒ ꝙ lʒ i sill'o simpliciter sint
plẽs teri q̃ȝ tres nõ cõputãdo copulã p terio
tñ official'r sũt tm̃ tres teri. ⁊ p h' soluũt̃ rões.

**Modus i ueniendi mediũ in q̃libet ꝓ= positione**

¶ Sciẽdũ est tertio ꝙ ad inueniendũ
mediũ ad ɔcludendũ quãlibet ꝓpõnẽ oʒ cape
re octo l'ras .s. a. b. c. d. e. f. g. h. vñ p a. ⁊ e. ⁊ eti
am p i. ⁊ o. qñ i fine istaꝝ dictionũ ponunt̃ .s.
fecana cageti ⁊c. denotat̃ qualis ⁊ quanta dʒ
esse ɔclusio concludẽda. p a. intelligimus ꝙ
propõ ɔcludẽda sit vl'is affirmatiua. p e. vl'is
negatiua. p. i. particularis affirmatiua. per o.
particularis negatiua: sʒ quãdo a. ⁊ e. ponunt̃
in principio vel medio. p a. intelligitur predi
catuʒ. per e. subiectũ. vnde ex parte de ly a. se
tenẽt tres littere .s. b. c. d. p. b. intelligimus cõ
sequẽs ad predicatum. per c. antecedẽs ad ꝑ=
dicatum. ⁊ per d. extraneum. Et etiam ex p̃te
de ly e se tenẽt tres littere .s. f. g. h. per f. intel=
ligim⁹ ɔñs ad subm̃. p g. añs. per h. extraneũ.
ṽsus. Predicat. a. b. seq̃tur c. ꝑcedit d. quoqʒ
sit extra. E. subdit. f. seq̃t. g. ꝑcedit. h. quoqʒ

**Quid est añs**

sit extra. vnde antecedẽs est termin⁹ ad quem
alius termin⁹ sequitur. vel de quo ali⁹ termi=

**Quid est ɔsequens**

nus vniuersaliter ⁊ affirmatiue predicat̃. Sʒ
ɔsequẽs est terminus q̃ sequitur ad alium vel
qui vniuersaliter ⁊ affirmatiue ꝑdicat̃ de alio.

**Quid est extraneũ.**

sed extraneũ est terminus q̃ nõ potest subijci
neqʒ predicari respectu alterius ṽe ⁊ affirma=
tiue: vt hõ asin⁹. ¶ Et aduerte ꝙ sex dictões
trissyllabaꝝ i versib⁹ sequẽtib⁹ valẽt ad inue=
niendum medium ad infererendum quãlibet
conclusionem: sed dictiones dissyllabe valent
ad cognoscẽduʒ cõbinationes inutiles. ṽsus.
Fecana cageti dafenes hebare gedaco geba
li fiant. Sed nõ constant febas hecas ⁊ edas:
vt satis patet in textu.

**Alie diffi cultates circa tex= tum inci= dentes.**

¶ Sciẽdũ est quarto ꝙ circa textũ in
cidunt alique difficultates. Prima. vtrũ prin
cipia oĩm scientiarum sint sillogisabilia p ar=
tẽ inueniendi medium traditã a philosopho.
¶ Pro cuius solutiõe supponitur ꝙ aliud ẽ
propõnẽ esse sillogisabilem et esse sillogisabi=
lem per artem inueniendi medium: quia oĩs
propositio que potest esse cõclusio sillogismi
alicuius est sillogisabilis: sed solũ propositio
est sillogisabilis per artem inueniendi mediũ
cuius subiectum ⁊ predicatum habent antece
dentia cõsequentia vel extranea per que talis
ꝓpõ ẽ sillogisabil'. Hoc supposito dr̃ ꝙ lʒ oĩa
pñcipia sciaꝝ sint sillogisabilia cuʒ q̃libʒ ꝓpõ

possit esse ɔclusio sill'. tn̄ ipa nō sunt sillogisabilia per artē inueniendi mediū saltē in illa scia cui' sunt principia cū nō habeant mediū qḋ sit añs vel ɔ̄ñs altero extremoꝝ. Scḋa difficultas. vtrū illa regula logicalis q̄ habet in textu sit vera in qua dr̄. quicq̄d sequit ad ɔ̄ñs bone ɔ̄ñe sequit ad ei' añs. Et videt ꝙ nō: qꝛ tunc sequeret ꝙ vnū ɔtradictoriū sequeretur ad reliquū vt bene sequeret si tn̄ pater est: nō tn̄ pater est: quia ad istā tn̄ pater est: sequit pater est: ꝛ ad istam pater est: sequit filius est. ꝛ ad istā filius est: sequitur nō tn̄ pater est: ergo ad istam tn̄ pater est: sequitur ista non tn̄ pater est. Respondeo ꝙ regula logicalis est ꝟa. Et dico vlterius ꝙ omnis propositio de impossibili potest inferre suum contradictoriuʒ cum ad impossibile sequatur quodlibet: ideo dico ꝙ bene sequitur tn̄ pater est: ergo nō tn̄ pater est: quia antecedēs est possibile. Aduerte vlterius ꝙ virtute istius regule fit vna ɔ̄ña que vocat de primo ad vltimū q̄ est bona tribus ɔditionib' obseruatis. Prima ꝙ añs prime consequentie sit precise añs scḋe ɔ̄ñe nihil mutando. Scḋa ꝙ ɔ̄ñe intermedie sint bone. Tertia ꝙ ppōes semp accipiant in eodē sensu: iō nō sequitur omnis homo est animal: ergo nō de' est. Et vltra bene sequit nō deus est: ergo homo est asinus: ergo de primo ad vltimum bene sequit hō est animal: ergo homo est asinus. dico ꝙ nō sequitur: quia in prima ɔ̄ña illa negatio nō accipit infinitāter ꝛ in alia negāter.

Secūda difficultas de regula logicali.

Probatō predicte regule.

Cōditiones ad p̄dictā regulam requisite.

¶ Quantū ad secundū articuluʒ dubitatur primo vtrum sit danda ars inueniendi medium ad sillogiʒandum q̄ālibet propositionem. ¶ Ar' primo ꝙ non: qꝛ nō est danda ars inueniendi extremitates: ergo non est dāda ars inueniendi medium. Secundo sic. nō est difficile inuenire medium: ergo nō est dāda ars: qꝛ ars ꝛ doctrina sunt circa difficilia. antecedens patet: quia quilibet terminus respectu cuiuslibet alterius potest esse medium: ꝛ sic non est difficile inuenire. Item ad sillogiʒandum aliquam cōclusionem sufficiunt figura ꝛ modus: ergo non est danda ars quia frustra daretur. ¶ In oppositum arguitur p pħm in textu. Pro cuius declaratione ponūtur alique regule. ¶ Prīa. terminus qui est añs ad predicatum conclusionis ꝛ consequēs ad subm̄ est conueniens medium ad inferendum vl'em affirmatiuā in prima figura: vt ad concludendum istam. omnis homo est suba capiatur pro medio aīal quod est antecedēs ad predicatū. s. ad subam ꝛ ɔ̄ñs ad subiectum scʒ ad hoiem. ꝛ datur intelligi ista regula per istaʒ dictionē fecana q̄ valet ad barbara ꝛ darij: vt satis patet in textu. Et sil' fiant regule de alijs dictionibus puta cageti: dateneo: hebare: gedaco: ꝛ gebali de quibus visum est in textu. de dictionib' que valent ad cōbinationes inutiles. s. febas: hecas: ꝛ edas. satis etiā dictū est. Aduerte tn̄ ꝙ in ipsis non ponunt nisi due vocales ad denotādum ꝙ ɔclusio in

Dubium de inuētione medij ad sillogiʒandum pro pōnes.

Regule predictuʒ dubium soluētes.

illis cōbinationibus inutilibus aliqñ potest esse vl'is: aliqñ particularis: ideo solū ponuntur littere pro premissis: ꝛ possunt oēs iste regule videri in quadā figura sub arte inueniendi mediū. ¶ His premissis videtur ad dubiū ꝙ danda est ars inueniendi mediū ad sillogisandū ɔclusionē ex v'is: qꝛ illa ars est dāda in isto libro q̄ facit hoiēʒ ꝓ̄ptūʒ habilē ad sillogisandā q̄ālibet ɔclusionē verā ex veris: sed ista ars est huiusmodi: igitur. Ex quo sequit ꝙ non est ista ars generalis ad concludendū q̄ālibet conclusionē indifferenter: sed solum verā ex veris. ¶ Ad argumenta. Dicit ad primū ɔcedendo añs ꝛ negando ɔ̄ñam. ꝛ ad pbationem dr̄ ꝙ nō est simile: qꝛ quicunqʒ hʒ ɔclusionē sillogisandā ille hʒ extremitates: sʒ nō adhuc hʒ mediū. ¶ Ad scḋam dr̄ ꝙ valde difficile est inuenire mediū ad ɔcludenduʒ q̄ālibet ɔclusionem veram ex veris: sed inuenire mediū ad q̄ālibet ɔclusionem siue ex veris siue ex falsis nō est difficile. ꝛ etiam ad sic sillogisandum sufficit modus ꝛ figura.

Solutio precedentis dubij.

¶ Dubitat scḋo vtrū in quolibet sillogismo necesse sit alterā premissaꝝ esse vl'em. Et videt ꝙ nō: qꝛ ibi est bon' sillogism' aīal est substantia: hō est aīal: ergo hō est substantia. Nec solū valet dicere ꝙ solū tenet gratia materie: qꝛ si maior esset vl'is esset verā: sed talis particularis equiualet vl'i: igit. Nā dicit aristoteles primo periarmenias ꝙ particularis in materia naturali equiualet vl'i. Item sillogism' expositori' est bon' sillogism': ꝛ tn̄ nulla premissaꝝ est vl'is: igr̄. Itē dictuʒ est supi' ꝙ in qnqʒ casib' fit bon' sill's ex puris pticularib'. Itē ad istā. aīal est substātia sequit ista oē aīal est substātia. ꝛ ad istam homo est aīal sequit ista ois homo est aīal. ꝛ ad illas duas vniuersales gratia forme sequit ista vniuersalis in barbara. ois hō est substantia: ꝛ ex illis duabus particularibus gr̄a forme sequit illa vniuersalis affirmatiua: qꝛ quicquid sequitur ad ɔ̄ñs bone ɔsequentie sequit ad ei' añs. Sʒ ille due vniuersales sequunt ad illas duas pticulares: ergo ad illas duas vniuersales gratia forme sequet illa vl'is affirmatiua: igit. Pro solutione supponit pmo vt als visum est ꝙ particularis in materia naturali nō equiualet vl'i in significando: sed solū in inferendo. ¶ Dico vlteri' ꝙ nō opʒ ꝙ si pticularis gratia materie inferat vniuersalē ad quā gr̄a forme aliq̄d sequat ꝙ etiā sequat ad pticularē gr̄a forme. Supponit scḋo ꝙ nullus sillogismus de medio cōi est bonus nisi altera pmissaꝝ sit vl'is: nisi in quinqʒ casibus supiori' dictis. vbi ostēsum est ꝙ ex puris particularibus quinqʒ modis fit bon' sillogismus. Supponit tertio ꝙ illa regula logicalis in qua dr̄ ꝙ quicq̄d sequitur ad ɔ̄ñs bone ɔsequentie sequitur ad eius añs est bona: sʒ tamen nō opʒ ꝙ si ad ɔsequēs alicuius cōsequentie sequatur aliquid gratia forme: ꝙ illud sequatur ad antecedens illius consequentie gratia forme. sed sufficit ꝙ seq̄

Aliud dubiū de vl'itate pmissarum.

Quō equalet particularis in materia naturali.

Suppositio de regula logicali.

tur gratia materie vel gratia forme. Et p hoc etiā faciliter posset solui dubitatio: puta q in q̄libet bono sill'o opz alterā pmissa⁊ esse affirmatiuā cuz dictuz sit q ex puris negatiuis in tribus casibus sit bonus sillogismus.


¶ Dubitat tertio vtruz dyameter sit assimeter: ⁊ qd intelligit ph's p angulos equicruros. Pro solutione prime partis supponit pmo q quadratū est figura h'ns quatuor latera equalia. Dyameter aūt quadrati est linea longissima in quadrato diuidens ipz in duas ptes equales protensa ab vno cono ad alium conum sibi ꝯtrariū. Costa quadrati est vna de illis lineis qua claudit quadratum. Cimeter est idē q ꝯmensurabile coste. Sz acimeter est idē q incōmēsurabile. Ex quo sequit q dyametrū esse cimetrū nihil aliud est q̄ ipm esse ꝯmēsurabile coste: ⁊ ipm esse acimetrū est ipz esse incōmensurabilē coste. ¶ His suppositis dr q dyameter est incōmensurabilis coste et nō cōmensurabilis: qr tunc numerus pfectus esset numer⁹ abundās: qđ est falsum: igr. Vñ numerus pfect⁹ nō est nisi numer⁹ par. Et numerus abūdās est n̄erus impar. Pro solutione scđe pt̄s opz supponere vnū circulū a cui⁹ centro ad circūferētiā ducant due linee recte quasi duo semidyametri. ⁊ ponat ex pte vni⁹ a. ⁊ in extremitate alteri⁹ b. Deinde inter extremitates illa⁊ linea⁊. a. ⁊ b. ducat tertia linea q̄ faciat triangulū equicrurū. i. equarū tibia⁊ eo qđ ille linee sunt equales. Hec aūt linea ducta a puncto a. ad punctuz b. ꝯcludens vnā portionē circuli vocat basis trianguli incisionis: eo q diuidit circulū p portiones. anguli aūt causati ex incidentia basis sup circulum ex vtraq̧ parte vocantur anguli incisionis ⁊ signantur per c. ⁊ d. Ex quo patet q per angulos equicruros intelligit ph'us angulos constitutos ex incidentia duarū linearum recta⁊ equalium. Et hec de secundo articulo.

Quid est dyametrū esse cimetrum.

Quid est numer⁹ pfectus.

¶ Quantū ad tertiū sit ꝯclusio respōsalis ad quesitū. ph'us sufficienter docuit reductionē sill'o⁊ in modos vl'es prime figure cū arte inueniendi mediū. ⁊ hec ꝯclusio pt̄z ex dictis. ¶ Ad rōnes ante oppositū. ¶ Ad primā dr q ille est bon⁹ sill'us grā materie ⁊ non grā forme. ¶ Ad scđam dr q aristo. intellexit suā ꝯclusionem de sill'o cathegorico ⁊ non hypothetico. ¶ Ad tertiā dr q q̄uis h' scia doceat artē inueniendi mediū: tñ ista est simpliciter resolutoria ⁊ non inuentiua: qr nō docet inuenire mediū vt sit stat⁹: sed vt cōponat sill'm: ⁊ post ꝯpōnez ipm finaliter resoluat in sua pncipia. Et sil'r dicat ad quartam. ¶ Ad quintā p prima pte pt̄z solutio. ¶ Ad aliā dr q ꝯñs pōt dupl'r capi. vno mō siue pcisione. ⁊ sic illđ dr ꝯñs qđ seqt ad aliud siue inferat ipz siue nō. ⁊ isto mō in ꝯuertibilib⁹ bene repitur ꝯñs. Alio mō capit ꝯñs cū precisione: puta q sic est ꝯñs qđ semp sequit ⁊ nūq̄ pōt esse añs. ⁊ hoc mō in ꝯuertibilibus non reperit ꝯñs.

Cōclusio rñdēs ad predicta.




¶ Quō autē reducemus sillogismos in predictas figuras dicendum erit post hec. restat eīm consideratio hec. si eīm ⁊ generationē sill'o⁊ inspexerim⁹ ⁊ inueniendi habemus potestatē. amplius autem factos reducemuus in predictas figuras finē habebit quod ex principio propositum est.

Iste est septimus. ⁊ vltimus tractat⁹ hui⁹ libri in quo ph'us determinat de reductione sill'o⁊ in figuras. Et cōtinet quinq̧ capitula. In pmo docet resoluere aliquos sillogismos cōpositos ex terminis rectis. ⁊ primo ponit aliqua documenta. Primum. sillogismus prius est resoluendus in duas ꝑpōnes q̄ in tres terminos: qr facili⁹ est resoluere in maiora q̄ in minora. ¶ Scđm documentū. videndū est in sill' vtrū vna premissa sit maior ⁊ alia minor: ⁊ an vna vl'is ⁊ alia pticularis. ¶ Tertiū documentū. opz cōsiderare si in sill'o sit aliqđ supfluū vel aliqđ diminutū. Nā si sit aliquid supfluū remouēdū est. Et si sit aliqđ diminutū aliqđ addendum est. Et subdit q in aliquibus facile est videre vtrum aliqđ deficiat vel aliqđ supfluat puta in illis in q̄b⁹ ꝯclusio non sequit de necessitate: sed in illis in quib⁹ ꝯclusio seqt de necessitate difficile est videre vtruz aliqđ deficiat vel supfluat. Et h' pbat duob⁹ exemplis. Primū. sub̄a nō interempta nō interimit sub̄a: sed ptib⁹ sub̄e interemptis interimit sub̄a: igitur partes substantie sunt substantie. ibi sequit cōclusio de necessitate: ⁊ tñ sill'us non est bonus: qr ibi deficit ꝑpō vl'is: sz posset sic reduci. oīa quib⁹ interemptis interimit sub̄a sunt sub̄a: sz ptes sub̄e sunt h'mōi: ꝗ ptes substātie sunt sub̄a. ¶ Scđm exēplū. si hō est aīal est: ⁊ si animal est substantia est: ergo si homo est substantia est. ibi necessario sequitur conclusio. ⁊ tamen non est sillogismus cathegoricus. posset tamen sic reduci. omne illud quo posito ponit: animal est substantia: sed posito hoīe ponit aīal: ergo hō est substantia. Et subdit ph'us q in talib⁹ decipi

Documētū ad reducenduz sill'os in pdictas figuras.

Exēpla predicto⁊ documentum probantiā.

mur credētes tales argumētationes eē sillogisticas eo ꝙ ex premissis necessario sequitur conclusio: ⁊ tamē non sunt sillogistice. Nō enī oportet omne inferēs cōclusionem necessario esse sillogismū. ¶ Cōsequenter dicit ꝙ in reductione sillogismoꝝ ex parte terminoꝝ accipiēdi sunt tres termini. quoꝝ vn⁹ dr̄ mediū: alter maior extremitas: ⁊ alius minor extremitas. ⁊ si mediū subijciatur in vna ⁊ predicetur in alia reducit̄ ad primā figurā. si ꝑdicet̄ ī vtraqꝫ ad scđam figurā. ⁊ si subijciat̄ ī vtraqꝫ ad tertiā figuram. Ex quo infert ꝙ nulla oratio dr̄ sillogistica nisi idē frequēter dicat̄: hoc est nisi mediū bis sumat̄. ¶ Cōsequēter subdit ꝙ frequēter ꝯtingit decipi credēdo aliq̄s argumētationes esse sillogisticas: ⁊ tamē nō sūt. qđ ꝓbat ꝑ duo exēpla. Primū est. aristomenes intelligibilis semp est: ⁊ aristomenes ē aristomenes intelligibilis: igit̄ aristomenes semp est. Scđm exemplū. michalus musicus corrūpet̄ cras: ⁊ michalus est michalus musicus: ꝗ michalus corrūpet̄ cras. ibi nō sunt sillogismi: lꝫ videant̄ esse ꝓpter similē dispōnē terminoꝝ: ⁊ tamē nō sunt: q² neutra ꝑmissaꝝ sumit̄ vliter. ¶ Subdit ꝯñter ꝙ etiā ꝯtingit decipi quādo termini nō capiunt̄ vniformit̄ ī premissis ⁊ ꝯclusione: sed variātur ꝑm ꝯcretionē ⁊ abstractionē: vt nō seqt̄ur in pria figura: nulli egritudini īest sanitas: ois hō ē susceptiuus egritudinis: ꝗ nullus hō est sanus. Similiter nō sequit̄ in scđa figura. nulli egritudini ꝯtingit inesse sanitatē: ⁊ oi hoi ꝯtingit inesse sanitatē: ꝗ nulli hoi ꝯtigit inesse egritudinē. Similiter nō sequit̄ in tertia figura. oi hoi cōtingit inesse sanitatē: ⁊ oi homini cōtingit inesse egritudinem: ergo alicui egritudini contingit inesse sanitatem.

¶ Inesse autem primū medio et hoc postremo non oportet sumere velut q̄ semper predicentur de seinuicē similiter: ⁊ primū de medio: et hoc de postremo ⁊ non inesse similiter.

¶ Istud est scđm caplm in quo docet sillogisare ex obliquis. Primo in pria figura ponēs tres regulas. ¶ Prima. maiore de recto ⁊ minore de obliquo valꝫ sillogism⁹ ad inferēdū ꝯclusionē de obliquo: vt ois sophia ē disciplina: boni ē sophia: ꝗ boni est disciplina. ¶ Secūda regula. maiore de obliquo ⁊ mīore de recto valet sillogismus ad inferēdū ꝯclusionem de obliquo: vt oīm ꝯtrarioꝝ est eadē disciplina: bonū ⁊ malū sunt ꝯtraria: ꝗ boni ⁊ mali ē eadē disciplina. ¶ Tertia regla. ex ambabus de obliquo in pria figura fit bon⁹ sillogism⁹ ad inferendū ꝯclusionē de obliquo ⁊ quādoqꝫ de recto. Exemplū primi: vt cuiuscūqꝫ ē disciplina illius ē gen⁹: boni est disciplina: ꝗ boni est genus. Exemplū scđi: vt cuiuscūqꝫ ē disciplina hoc est genus: bonū est disciplina. ergo bonū est gen⁹. ¶ Deinde docet sillogisare in scđa figura dicēs ꝙ negatiua premissa existē-

Modus sillogisandi in ꝑma figura.

Regule ostēdētes sillogisare in pria figura.

Modus sillogisandi in scđa figura.

te de obliquo valet sillogism⁹. qđ probat duobus exemplis. Primū. nullus motus est motus: sed voluptatis est motus: ergo voluptas non est motus. Secūdum exemplū. nullius signi est signum: sed ipsius visus est signum: ergo visus non est signum. ¶ Deinde docet sillogisare ex obliquis ī tertia figura dicens ꝙ bene valet sillogismus: vt probat vno exēplo: vt deo non est tempus oportunum. deo est estas: ergo estas nō est tempus oportunū. Et subdit ꝙ ad reducendū istos sillogismos oportet mutare obliquos in rectos.

Modus sillogisandi ī tertia figura.

¶ Reduplicatū autem in propositionibus ad primā extremitatem ponendum non ad medium: dico autem vt si fiat sillogismus quoniam iusticie est disciplina quoniā bonū in eo ꝙ bonū ad primā extremitatem ponendum.

¶ Istud est tertiū caplm ī quo aristoteles docet sillogisare ex reduplicatiuis dicēs ꝙ sillogisando ex reduplicatiuis reduplicatio nūq̄ est addēda predicato reduplicās ipm: qđ probat trib⁹ exēplis. ¶ Primū exēplū. bonū ē disciplina inq̄tum bonū: ⁊ iusticia est bonū: ꝗ iusticia est disciplina inq̄tū bonū. talis reduplicatio nō est addēda medio reduplicās ipꝫ dicēdo: iusticia est bonū inq̄tū bonū: cū sensus esset ꝙ iusticia est omne bonū quod ē falsū q̄cūq̄ sunt plura bona. ¶ Scđm exēpluꝫ. bonū est disciplinatū inq̄tū bonum: salubre est bonū: ꝗ salubre est disciplinarum inq̄tuꝫ bonū. ¶ Tertiū exempluꝫ. omē nō existēs est opinabile in eo qđ nō existēs: hycoceruus est nō existēs: ꝗ hycoceruus ē opinabilis ī eo qđ nō existēs. ¶ Quartū exēplū. sensibile ē corruptibile ī eo qđ sensibile: ois hō ē sensibilis: ergo ois hō est corruptibilis in eo ꝙ est sensibilis. ¶ Ex istis īfert ꝙ aliter sillogisat̄ ex reduplicatiuis q̄ ex nō reduplicatiuis. nam ad ꝯcludendū cum reduplicatione debet poni reduplicatio in aliqua premissaꝝ: dūmodo non ponatur ad predicatū reduplicando ipm predicatū. ¶ Consequēter ponit sex documenta ꝓ perfectiori reductiōe sillogismoꝝ. Primuꝫ. in sillogismis ꝓ vno termino minus noto debet capi vnus terminus magis notus: ⁊ etiā pro oratione minus nota debet capi oratio magis nota: vt non refert dicere suspicabile nō est genus opinabilis: ⁊ suspicabile non est opinabile. Secundū documētū. in sillogisando refert sumere ꝓpositiōes vniuersales vel particulares: quia ex vniuersalibus potest concludi cōclusio non autem ex particularibus. Tertiuꝫ documētum. nō enim oportet expositiōe exēplorum inconueniens accidere: non enim sumūtur exempla vt vera sint. Exempla enī nō ponimus vt vera sint: sed vt sentiāt quid addiscūt. Quartū documētum. quando ꝑmisse alicui⁹ sillogismi probātur per alios sillogismos: ⁊ vn⁹ sill'us ꝑficit̄ per aliū: nō oportet hu

Quō sillogisatur ex reduplicatiuis

Exēpla ꝑ dictaꝫ sillogisatione ꝓbātia

Documēta ꝓ perfectiori reductione sillorum.

iusmodi sillos fieri in eadē figura. Quītū documētū. ad vidēdū in qua figura debeat fieri sillūs vel reduci multū ɔfert aspicere ad ɔclusionē: qꝛ si ɔclusio sit vlis nō pt eē in tertia figura. si fuerit affirmatiua nō pt esse in scda. si fuerit vlis affirmatiua solū pt eē in pria figura. Sextū dictū seu documētū. ad īterimēduꝫ vnā diffinitionē sufficit vnā ptē īterimi: vt ad interimēdū istā aqua est pot⁹ humid⁹. sufficit ostēdere ꝙ aq̄ nō sit pot⁹ sic arguēdo. oīs pot⁹ est trāsmutabilis in substātiam viuentis: sed aq̄ nō est hmōi: igit non est pot⁹: ꝛ p ɔñs non est pot⁹ humid⁹. ex q̄b⁹ infert ꝙ silli ex hypothesi ꝫ se totos nō reducūtur ad aliquā triuꝫ figurarū. ¶ Seqtur tertius. Querit autem.

Sillo𝔯uꝫ reductio ad seinuicem.

¶ Istud est quartū ꝛ vltimū capitulū i quo docet reducere sillogismos vniuscuiusqꝫ figure ad seinuiceꝫ. primo sillogismos prie figure dicēs ꝙ celarēt ꝛ ferio reducūtur ad sillogismos scde figure. puta celarent ad cesare maiore ɔuersa simpliciꝫ. ꝛ ferio ad festino maiore ɔuersa simpliciꝫ: sed barbara ꝛ darij non pñt reduci ad scdam figurā: qꝛ in scda figura nō ɔcludit nisi negatiue. Ex quo seqtur etiā ꝙ barbara reducit ad aliquā aliā figurā: quia nulla alia figura a pria ɔcludit vniuersale affirmatiuā nisi pria: ꝫ darij ꝛ ferio reducūt ad sillos tertie figure: puta darij ad datisi minore cōuersa simpliciꝫ. ꝛ ferio ad ferison. miore ɔuersa etiā simpl̄r. ¶ Cōseqn̄t dicit ꝙ oēs sillogismi scde figure reducūt p ɔuersionē ad sillogismos prie figure: dēpto baroco q̄ nō pōt reduci p ɔuersionē: ꝫ bñ p īpossibile vt iā superius ostēsuꝫ est. Sillogismi etiā tertie figure reducitur ad sillos prie figure per ɔuersionē dempto bocardo q̄ nō pōt reduci per ɔuersioneꝫ: cum maior prime figure nō possit esse particularis: licet bene per impossibile.

Silli scdi de figure q̄re reducūt ad sillogismos prime figure.

¶ Differt aūt in cōstruendo ꝛ destruendo opinari, aut idē aut diuersum significare non esse hoc ꝛ esse nō hoc: vt nō esse albū ei qd̄ est esse non albū: non eīm idē significāt: neqꝫ negatio ei⁹ qd̄ est esse album: ea que est esse nō albuꝫ: sed ea que est non esse album.

Modus sillogisandi ex terīs infinitis.

¶ Istud est quintū ꝛ vltimū capitulū in quo docet sillogisare ex terminis īfinitis: ꝛ ponit primo talem cōclusionem. ꝓpositio de predicato infinito affirmatiua non est eadem cum ꝓpōne negatiua de predicato finito: vt iste due non sunt eedē: hō est nō albus: ꝛ hō nō ē albus. qd̄ probat duabus rōnibus. Prima. sicut se habet iste due. fortē possibile est ambulare: ꝛ fortē possibile est nō ambulare: ita iste due hō ē nō albus: ꝛ hō nō est albus: sed due prime nō sunt eedē. ꝫ bene sequant se adinuicē: ꝛ etiā alie due nō sunt eedē. Scda rō. non est idē eē nō eq̄le: et nō esse equale: qꝛ huic qd̄ ē eē nō equale aliqd̄ subiacet. s. inegle: ꝛ huic qd̄ nō ē esse equale nihil subiacet. Tertia rō. ab affirmatiua de predicato finito seqꝛ aliquid qd̄ nō sequitur ad negatiuam de predicato finito: ergo ille ꝓpōnes nō sunt eedē. antecedēs patet: quia ad istam hoc est lignū nō albū sequitur ista: hoc est lignuꝫ: ꝛ tamen illa nō sequitur ad istam hoc nō est lignū album. ¶ Cōsequēter ostēdit phs qualiter valet ɔña a ꝓpōne de predicato finito ad ꝓpōnem de predicato infinito ꝛ ecōtra: ꝛ ponit quattuor regulas. Prima. ab affirmatiua de predicato infinito ad negatiuā de predicato finito ē bona ɔsequētia: vt bene seqtur hoc est nō albuꝫ: ergo non est album. Scda regula. a negatiua de predicato finito ad affirmatiuam de predicato infinito non valet ɔsequētia: ꝛ hoc quādo supple totale predicatū nō infinitatur: vt nō sequitur: hoc nō est lignum albū: ergo hoc est lignum nō albū. demonstrando per ly hoc lapidem. Tertia regula. ab affirmatiua de ꝑdicato finito ad negatiuam de ꝑdicato infinito est bona ɔsequētia: vt bene seqtur: hoc est albū: ergo hoc non est nō album. quia oppositū ɔñtis nō pt stare cū aññte. Quarta regula. a negatiua de ꝑdicato infinito non sequitur affirmatiua de predicato finito: vt nō seqꝛ: hoc nō est lignū non albū: ꝫ est lignū album. ꝛ hoc qñ totale ꝑdicatū nō īfinitatur. Et subdit ꝙ sicut fiunt ɔñtie in ꝓpōnibus de ꝑdicato finito ꝛ infinito: sic etiā fiūt de terminis priuatiuis ꝛ terminis positiuis: vt bene seqꝛ: hō est iniustū: ꝫ nō est iustū. ꝛ sic de alijs. ¶ Consequēter subdit ꝙ ex ꝓpōnib⁹ de terīs infinitꝭ vel priuatiuis: eodē mō sillogisandū est sicut ex ꝓpōnibus de terminis finitis: vt sicut bene seqtur. oīe aīal est musicū: oīs hō est aīal: ꝫ oīs hō ē music⁹: ita etiā bñ seqtur: oīe aīal est nō musicū: oīs hō ē aīal: ꝫ oīs homo ē nō music⁹. ¶ Finaliꝫ ponit q̄ttuor regulas ḡnales. Pria. si ad aññs sequat cōsequēs: tunc ad oppositū cōsequētis seqtur oppositū aññtis. Scda regla. nō oportet ꝙ ad oppositū aññtis sequat oppositū ɔñtis. Tertia regula. oppositū ɔñtis repugnat seu nō pōt stare cuꝫ aññte. Quarta regula. cōtradictoꝛium antecedētis bñ pt stare cū ɔñte. Priaꝫ reglaꝫ pbat: qꝛ ad oppositū ɔñtis sequitur oppositūꝫ aññtis: vel ipm oppositū ɔsequētis stabit cū antecedente: sed hoc nō: qꝛ oppositū ɔñtis repugnat cōsequēti: ergo etiā antecedenti per illam maximam: quicquid repugnat consequenti repugnat antecedenti. Secūda regula probatur. quia si oppositū antecedentis stet cum consequente tunc ad oppositum antecedentis non sequitur oppositū ɔsequētis: quia si ad oppositū ɔtradictoꝛium antecedentis sequeretꝛ oppositū ɔñtis: tūc ɔtradictoꝛie essent simul vere: quia dato opposito aññtis vero tūc ex quo seqtur oppositū ɔsequētis ipsum ɔsequens ꝛ suū oppositū simul stabunt quod est falsum. Tertia regula ꝓbatur. qꝛ ɔtradictoꝛiū ɔñtis repugnat ɔñti: ꝫ antecedēti. Quarta rla pꝫ. quia ad oppositū antecedētis nō seqꝛ oppo-

Regule de ꝑdicto ɔña.

Quattuor regule ḡnales.

situm ꝯñtis:ergo oppm̄ añtis pōt stare cum ꝯñte. ¶ Deinde ponit vnā obiectionē cōtra scōam regulaꝫ q̄ est hec. ponam⁹ ꝙ a ꝛ b ꝯ̄di cant ipsi f c ꝟo ꝛ d ꝯ̄dicant b. tūc ar̄ sic. ad c. sequitur a. ḡ ad f sequitur b. ꝛ ꝑ ꝯñs ad d. seq̄tur b. q̄re de p̄io ad vltimum. si ad c seq̄tur a. ad d seq̄tur b. ꝙ est ꝯ̄ scōaꝫ rl̄am q̄ dicit ꝙ ad oppm̄ añtis nō seq̄tur oppm̄ ꝯñtꝭ. Soluit nō admittēdo casuꝫ: q: due ꝓpōnes non p̄nt h̄re vnam ꝯ̄dictoriam: qḋ tñ supponebat̄ in casu.

**Obiectio ꝯ̄ secūdaꝫ regulā**

**An regle de formatōe silloꝝ ex ꝓpōni b⁹ de obliq̄s ꝛc. sint sufficiēter assignate**

Ueritur vtruꝫ regule de formatiōe silloꝝ ex ꝓpōnibus de obliquis ꝛ ꝓpōnibus reduplicatiuis et ꝓpōnib⁹ de terīs infinitis sint sufficiēter assignate a pħo. Arguitur p̄io ꝙ non: q: tūc arguendo ex obliquis ex vero seq̄retur falsuꝫ: sic arguēdo. null⁹ equ⁹ est asin⁹: cuiuslꝫ hoīs est equ⁹: ḡ nullius hoīs est asin⁹. ¶ Secūdo sic. dictio reduplicatiua est qḋdaꝫ sincathegoreuma sicut alia sincathegoreumata: ḡ videt̄ ꝙ possit addi ita bñ ꝓ̄dicato sicut additur alteri terīo. ¶ Tertio sic. reduplicatio est nota cāe inherētie ꝓ̄dicati ad subm̄: sꝫ talis cā querit̄ in ꝓ̄dicato: ḡ dictio reduplicatiua nō pōt addi ꝓ̄dicato. ¶ Quarto. affirmatiua de predicato infinito hꝫ ꝯcludi in mō negatiua: nō aūt affirmatiua de ꝓ̄dicato finito: ḡ nō eodem mō est sillogisandum ex ꝓpōnib⁹ de ꝓ̄dicato infinito ꝛ de ꝓ̄dicato finito. añs ꝓbatur: q: in sillō negatiuo sillogisatur cōclusio negatiua de ꝓ̄dicato finito: ꝛ ad ipsam sequitur ꝓpositio negatiua de ꝓ̄dicato infinito: igitur. ¶ Quinto sic. sills ex terīs finitꝭ ꝛ ambab⁹ negatiuis nō est bon⁹: ḡ sills qui fit ex vna negatiua ꝛ altera affirmatiua de ꝓ̄dicato infinito nō erit bon⁹: q: ꝓ̄misse vtriusq̄ silli inferūt se adinuicem ¶ In oppm̄ est pħs in textu. In q̄ōne erūt tres articuli.

**Quare nō eodeꝫ mō sillogisatur ex obliq̄s sicut ex rectis.**

¶ Quātuꝫ ad p̄imū sciēdū est p̄imo ꝙ ꝓ solutiōe p̄ie ꝑtis supponit̄ p̄io ꝙ nō olno eodē mō est sillogisandū ex obliq̄s sicut ex rectꝭ: q: ex obliq̄s q̄nq̄ pōt fieri bon⁹ sills ambabus existētib⁹ ꝑticularib⁹ aut īdefinitꝭ: nec opꝫ ꝙ sit ꝓ̄cise idē subꝫ ī vna ꝛ ꝓ̄dicatū in alia aut ꝙ sint tres termini quoꝝ q̄lꝫ sit ꝓ̄cise subꝫ vel ꝓ̄dicatū. ¶ Aduerte tñ ꝙ ex obliq̄s nō valet sills gr̄a forme nisi aliq̄s termī⁹ distribuat̄ in ꝓ̄missis: ꝛ sub illo terīo fiat subsumptio in minore: iō iste sills nō valet cuiuslꝫ hoīs asin⁹ currit: brunell⁹ est asin⁹: ḡ brunell⁹ currit. nā premisse p̄nt esse vere ꝯclusione existēte falsa. Ex isto sequit̄ vna regl̄a ḡnalis. ex oī ꝓpōne de terīo distributo siue ille sit rect⁹ siue obliquus: cū vna alia in qua subsumit̄ ali⁹ terminus sub terīo distributo est bon⁹ sills siue ille termin⁹ sit subm̄ siue ꝓ̄dicatū siue ꝑs subi siue ꝓ̄dicati. Ex istis d̄r p̄io ꝙ nō opꝫ in sillis ex obliq̄s ꝙ maior vel minor extremitas vel mediū sit totale extremū. i. totale subꝫ vel totale ꝓ̄dicatū: nec opꝫ ꝙ mediū sillogisticū sit subm̄ vel ꝓ̄dicatū in maiore: sꝫ sufficit ꝙ se teneat ex ꝑte subi vel ꝓ̄dicati. nam in hoc sillō hō oēm equū ē vidēs: brunell⁹ est equ⁹: ḡ brunellus hō est vidēs. iste termin⁹ equū est mediū ꝛ brunell⁹ minor extremitas: ꝛ hoc totuꝫ residuū est maior extremitas. Scōo d̄r ꝙ tales silli qui sic fiūt ex obliq̄s dicunt̄ esse in aliquo mō vel in aliq̄ figura: q: habēt silitudinē tales figure vel talis modi. D̄r tertio ꝙ tales silli ex obliq̄s nō dicūtur ꝓprie ꝛ directe esse in aliqua triū figuraꝝ capiēdo figurā eodem mō quo cōiter diffinitur: sꝫ solū reductiue inq̄tum scꝫ ꝓ̄misse de terīs obliquis habēt resolui in ꝓ̄missas de terminis rectis.

**Regula ḡnalis ex ꝓ̄dictis.**

¶ Sciēdum est scōo ꝙ in p̄ima figura maiore de obliquo cui⁹ mediū est termin⁹ obliqu⁹ ꝛ minore de recto sequit̄ cōclusio de obliquo dūmodo obliq̄tas ī ꝯclusione cadat ex ꝑte eiusdeꝫ extremi sicut ī maiore: ꝛ dūmodo obseruet̄ talis obliq̄tas. Et d̄r notāter dūmodo obliq̄tas cadat ex ꝑte eiusdeꝫ extremi: q: si caderet ex ꝑte alteri⁹ nō oporteret ꝯñam valere: vt nō sequit̄ cuiuslꝫ hoīs asin⁹ currit: sortes est hō: ḡ sortes est asin⁹ qui currit. Dicitur notāter dūmodo seruet̄ talis obliq̄tas: q: si variaret̄ nō oporteret ꝯñam valere: vt nō sequit̄. cuiuslꝫ hoīs est asin⁹: sorteꝫ est hō: ḡ in sorte est asin⁹. Et hoc intelligit̄ ꝑ istaꝫ regulā ḡnaleꝫ q̄ñcūq̄ in maiori ꝓpōne aliquis terminus fuerit distribut⁹ in obliquo siue affirmatiue siue negatiue de quocūq̄ alio terīo rect⁹ illi⁹ obliqui. d̄r tūc quicquid affirmabitur de obliquo in maiori affirmabit̄ de obliquo illi⁹ vltimi termini. Sil̄r ex maiore de recto ꝛ minore de obliquo in quo minor extremitas ponit̄ in obliquo valet sills ad inferēduꝫ ꝯclusioneꝫ: in q̄ minor extremitas ponit̄ in obliquo: vt bñ sequit̄. oīs asin⁹ est aīal: ꝛ hoīs ē asin⁹: ḡ hoīs est aīal. Sed ex duob⁹ ꝓ̄missis ī quib⁹ mediū tenet̄ in obliquo gr̄a forme non valet ꝯña: vt non sequit̄. oēm asinū videt equ⁹: oīs hō videt asinum: ḡ oīs hō est equ⁹. Preter illos modos ponūt adhuc tres alij mōi: quoꝝ p̄im⁹ est. maiore vl̄i negatiua cui⁹ mediū est termin⁹ obliqu⁹ ꝛ minore affirmatiua in q̄ mediū ponit̄ in obliquo valet ꝯña ad inferēduꝫ ꝯclusionē de recto: vt bñ sequit̄ nullū hoīem videt asin⁹: ꝛ oē risibile videt hoīeꝫ: ḡ nullū risibile est asin⁹. ¶ Scōs modus. q̄ñ maior est vl̄is negatiua in q̄ maior extremitas ponitur in obliquo: ꝛ minor est affirmatiua in q̄ minor extremitas ponit̄ in obliquo: valꝫ ꝯña ad inferendū ꝯclusionē de recto: vt bene sequit̄. null⁹ asin⁹ videt hoīeꝫ: ꝛ oē risibile videt asin⁹: ḡ nullū risibile est hō: sꝫ si ambe ꝓ̄misse fuerint affirmatiue nō valꝫ ꝯña: vt nō sequit̄. oīs hō videt asinū: ꝛ oēm equū videt hō: ḡ oīs equ⁹ est asin⁹. ¶ Terti⁹ modus. q̄ñ maior est vl̄is affirmatiua de recto: ꝛ ī minore mediū est in obliquo: valꝫ ꝯña in q̄ maior extremitas ponit̄ ī obliquo. vñ bene sequit̄. oīs hō est aīal: asin⁹ est hoīs: ḡ asin⁹ est aīalis: sꝫ in mō negatiuo nō valet: vt nō sequitur. nullū risibile est

**Notabile de obliq̄ in p̄ia figura.**

**Alij tres mōi de ꝓ̄dictis.**

asinus: omnis homo videt risibile: ergo nullus homo videt asinum. et ista debent intelligi de prima figura.

Aliud notabile de obliquo in secunda figura.

¶ Sciendum est tertio quod in secunda figura duabus premissis de obliquo in quibus extremitates sunt termini obliqui valet sillogismus ad inferendum conclusionem de recto: ut cuiuslibet hominis est equus: et nullius asini est equus: ergo nullus asinus est homo. ¶ Secunda regula. medio existente in obliquo in ambabus premissis valet consequentia ad inferendum conclusionem de recto: ut bene sequitur. nullus asinus est hominis: omnis bos est hominis: ergo nullus bos est asinus. Similiter maiore affirmatiua de recto et minore negatiua de obliquo valet sillogismus ad inferendum conclusionem de obliquo servata obliquitate ex parte eiusdem extremi: ut omnis asinus est animal: et nullius hominis est asinus: ergo nullius hominis est asinus. Secundum exemplum. omnis homo est animal: et nullus asinus est animalis: ergo nullus asinus est hominis.

Alie regule pro tertia figura.

¶ Sed pro tertia figura ponuntur alique regule. Prima. maiore de obliquo sive medium ponatur in obliquo sive maior extremitas et minore de recto: valet sillogismus ad inferendum conclusionem de obliquo: dummodo eadem obliquitas se teneat ex parte eiusdem extremi: ut in darapti cuiuslibet hominis est asinus: omnis homo est animal: ergo animalis est asinus. Item quilibet asinus est hominis: asinus est rudibilis: ergo rudibile est hominis. ¶ Secunda regula ex duabus de obliquo in quibus medium ponitur in obliquo non valet consequentia. non enim sequitur cuiuslibet hominis est asinus: cuiuslibet hominis est equus: ergo equus est asinus. Et si minor sit de obliquo ex parte subiecti sequitur conclusio de obliquo ponendo obliquitatem in predicato: ut omnis homo est animal: hominis est asinus: ergo asinus est animalis. Et si obliquitas se teneat ex parte predicati sequitur conclusio in qua minor extremitas ponitur in obliquo: ut omnis homo est animal: quilibet homo est asini: ergo asini est animal.

Dubium de isto sillogismo. Michael musicus corrumpetur etc.

¶ Sciendum est quarto quod circa textum inciditur una difficultas qualiter est saluabile hunc sillogismum michalus musicus corrumpetur cras: michalus est michalus musicus: ergo michalus corrumpetur cras: non esse bonum sillogismum cum videatur esse sillogismus expositorius cum medium sit terminus singularis singulariter et univoce tentus. Respondetur quod ille sillogismus non est bonus: quia conclusio potest esse falsa premissis existentibus veris: ut si ponatur quod nunc michalus sit musicus: et cras eius musica corrumpetur et non ipse michael: tunc conclusio erit falsa et premisse vere. Dicitur secundo quod ad sillogismum expositorium non sufficit medium esse terminum singularem simpliciter et univoce tentum. Sed requiruntur alie tres conditiones. Prima quod ab una premissarum ad unam de omni valeat consequentia quod ibi deficit: quia ad istam michalus musicus corrumpetur cras. non sequitur ista. omne quod est michalus musicus corrumpetur cras. Et si quis dicat. numquam ad singularem potest sequi illa de omni eisdem terminis: ergo illa conditio non valet. probatur: quia termino singulari non congrue potest addi signum universale: ut non congrue dicitur omnis sortes. Respondetur quod licet termino singulari singulariter tento et incomplexo non possit addi signum universale: tamen bene est terminus singularis complexo cuius una pars est terminus communis: ut omne ens quod est sortes currit. unde istud subiectum ens quod est sortes debet supponere discrete: quia ex modo sue significationis repugnat sibi supponere pro pluribus ratione illius termini sortes: ita quod ille terminus ens capitur singulariter ratione determinationis sibi addite. Et si quis dicat. ista est universalis. omne ens quod est sortes currit: igitur subiectum non supponit discrete neque est terminus discretus. Respondetur quod est simpliciter singularis et non universalis nisi capiendo propositionem universalem large pro omni propositione cuius subiecto additur signum universale sive distribuatur sive non. Ex quo sequitur quod sicut ibi est sillogismus expositorius sortes currit: homo est sortes: ergo homo currit: ita ibi omne ens quod est sortes currit: homo est ens quod est sortes: ergo homo currit. Et hec de primo articulo.

Conditiones ad sillogismum expositorium requisite.

Quid est propositio reduplicatiua

¶ Quantum ad secundum dubitatur primo qualiter arguendum est ex reduplicatiuis. Pro cuius solutione supponitur quod propositio reduplicatiua est in qua ponitur signum reduplicatiuum reduplicatiue tentum: ut sunt ista. inquantum. inquantum. eo quod. Supponitur secundo quod sillogismi reduplicatiui. id est in quibus ponuntur propositiones reduplicatiue habent fieri proprie in prima figura et in omnibus modis dummodo reduplicatio se teneat ex parte maioris extremitatis et non medii nec minoris extremitatis. Exemplum in barbara ut omnis triangulus habet tres angulos equales duobus rectis secundum quod triangulus: ysocheles est triangulus: ergo ysocheles habet tres angulos equales duobus rectis inquantum triangulus. similiter omne animal est vivens inquantum animatum: omnis homo est animal: ergo omnis homo est vivens inquantum animatum. Exemplum in celarent nullum animal est sensitiuum inquantum est animatum: omnis homo est animal: ergo nullus homo est sensitiuus inquantum animatus. ¶ Sed quereret aliquis. quare reduplicatio non se tenet ex parte medii seu non additur medio. Respondetur quod ratio est: quia tunc non concluderetur conclusio reduplicatiua cum medium non intret conclusionem. Secundo. quare non additur minori extremitati. Respondetur quod ratio est: quia reduplicatio ponitur ad designandum convertibilitatem termini reduplicati ad predicatum et non ad subiectum. modo minor extremitas est subiectum. igitur. Supponitur tertio quod tales sillogismi proprie non habent fieri in secunda figura: quia vel reduplicatio adderetur medio vel extremitatibus. non medio ut notum est. nec extremitatibus cum subiiciatur in premissis. modo reduplicatio proprie non se tenet ex parte subiecti. Sed in tertia figura fiunt boni sillogismi: dummodo reduplicatio se teneat ex parte maioris extremitatis. Exemplum in darapti. omne animal est vivens inquantum animatum: omne animal est substantia: ergo quedam substantia est vivens inquantum animata.

Quomõ fiunt silli ex terminis infinitis.

¶ Dubitat scđo qualiter arguẽdũ est ex terminis infinit'. Pro cui' solutiõe suppo- nit pmo q ex terminis infinitis fiunt eodem mõ silli in oi figura sic ex terminis finit': duz mõ termin' q est finit' nõ mutet i terminũ in finitũ nec termin' infinit' in terminũ finitũ: vt oẽ aial est nõ albũ: ois hõ est aial: g ois hõ est nõ alb'. Exẽplũ vbi oẽs termini sunt infi- niti: vt oẽ nõ albũ ẽ nõ hõ: ois nõ lapis est nõ alb': g ois nõ lapis est nõ hõ.

Aliud dubium.

Sz q̃reret aliqs vtrũ possint fieri boni silli variãdo aliquẽ ter minũ penes finitũ z infinitũ. Rñdet p aliqua dicta. Primũ. in oi figura ex duab' pmissis vlibus negatiuis medio variato penes finitũ z infinitũ seqt pclusio negatiua: vt nullũ non alvũ currit: null' hõ est alb': g null' hõ currit. Dr scđo q in pma z scđa figurt ex maiori vli negatiua z minori pticulari negatiua sequit pclusio pticular negatiua medio variato pe nes finitũ z infinitũ: vt nullũ nõ albũ currit: hõ nõ est alb': g hõ non currit. Sz in tertia fi gura medio sic variato nihil sequit: vt nõ sed tur nulla nõ substãtia est aial: qđã subã nõ est hõ: g qđã hõ nõ est aial. ibi pclusio est falsa z pmisse sunt vere. Dr tertio q in pma z tertia figuris medio variato penes finitũ z infinitũ si ambe premisse fuerint affirmatiue nihil sed tur. Sed in scđa figura ex ambab' premissis affirmatiuis sequit cõclusio negatiua medio variato penes finitũ z infinitũ. exẽplũ: vt ois hõ est aial: lapis est nõ aial: g lapis nõ est hõ. Et si qs dicat: isti silli nõ sunt in aliqua figu ra cũ sint q̃ttuor termini: z etiã nõ inuenit rõ medij. Rñdet q de rigore nõ sũt in aliq figu ra neq mõ. sed solũ dicunt esse in aliqua figu ra q2 habent similitudinẽ alicuius figure.

¶ Dubitatur tertio vtrum ad idem affirmatum z negatum: seu ad cōtradictoria sequatur idem. Pro cuius solutione supponitur pro nūc φ duplex est ppositio: sc3 necessaria z impossibilis. vnde propositio necessaria nō dr ideo necessaria: qz necessario sit: qz tūc nulla esset ppositio necessaria creata: cum q̄libet ppositio creata possit non esse: sed dicitur necessaria: quia qualitercūqz p eam significat esse: necesse est ita esse. z hoc si sit affirmatiua de psenti. ¶ Et aduerte φ duplex est ppositio necessaria: quedam est cathegorica: z quedam hypothetica. Cathegorica est duplex. quedam est ratione formali terminoz: vt homo ē aial: z sic de alijs. Quedam ē necessaria: que non est sic necessaria ratione formali terminorum: sicut est propositio vera de preterito: vt adam fuit. Alia est necessaria hypothetica: cuiusmodi est disiūctiua cōposita ex partibus cōtradicētibus: vt sortes currit vel non currit. Hoc supposito dicitur φ propositio necessaria si formetur sequitur ad quālibet. i. φ quelibet cōsequentia est bona cuius consequens est propositio necessaria: vt bene sequitur. sortes currit: ergo homo est aial: tua positio est falsa: ergo homo est aial. ¶ Et si quis dicat. ibi nō est aliqua habitudo antecedētis ad ɔ̃s: ergo nō est bona ɔ̃a. dico φ verū est φ ibi nō est habitudo ex natura rei aūtis ad ɔ̃s: tñ bene est habitudo consecutionis sicut al's visum est. Unde ɔ̃a significatione totali significat φ habitudo sequele aūcedentis ad ɔ̃s sit necessaria. Itē impossibile est ita esse sicut p aūs significat significatiōe totali quin ita sit sicut per ɔ̃s significatur: igit talis cōsequentia est bona. Ex quo sequitur φ ppō necessaria potest sequi ad duo contradictoria cum sequatur ad quālibet ppositionē mūdi. Alia est ppositio impossibilis que nō dicitur ideo impossibilis quin possit formari: qz tunc nulla esset propositio impossibilis: sed dicit impossibilis: quia qualitercūqz per eam significatur esse impossibile ē ita esse. Et ista ē duplex. s. cathegorica z hypothetica. Cathegorica est duplex. quedam ē que rōne formali terminoz est impossibilis: vt homo est asin⁹. z ad talē sequitur quelibet propositio mūdi id est φ oīs i'la consequētia est bona cuius antecedens est propositio impossibilis: vt bñ sequitur: homo est asinus: ergo tu es papa. Ex quo sequitur φ ide3 potest sequi: etiā ad duo contradictoria quādo alterū est impossibile. Alia est impossibilis que sic non est imp...

Duplex ē ppositio.

Propō q̄ re dr necessaria.

Propositio necessaria duplex est.

Quare ppō dr impossibilis

Propositio īpossibilis ē duplex.

bilis rõne formali terminoꝝ: vt ppõ de pterito ferꝰ ꝯdictoria est ꝑa ⁊ necessaria: vt adã nõ fuit. Sic talis si ꝯsisseũs nõ fuisset pductus a filio nisi pductꝰ fuisset: ⁊ ad talẽ non est necesse quãlibet ppõnẽ mundi sequi. Alia est hypothetica vt copulatina composita ex ptibꝰ ꝯdicentibꝰ: vt petrꝰ currit ⁊ petrus nõ currit. ⁊ etiã ad talem põt sequi quelibet ppõ

Quõ intelligitur dictũ aristotelis I textu. mũdi vt poterit videri practicãdo. Et qd dicendũ erit ad aristotelẽ q̃ dicit ad idẽ affirmatũ ⁊ negatũ nõ seqꝫ idẽ. Dico ꝙ dictũ aristotelis est verũ deptis istis duobꝰ casibꝰ: puta qñ ꝯñs est ppõ necessaria vel antecedẽs est ppõ impossibilis. Et hec de secundo articulo.

Cõclusio de predictis. ¶ Quantum ad tertium sit conclusio responsalis. tres prime potestates sillogismorum sunt a pħo sufficienter assignate in textu vt satis pꝫ ex dictis. ¶ Ad rõnes ante oppositũ. Ad primã dr ꝙ qñ dr ꝙ pmisse sunt cã cõclusionis dꝫ intelligi ꝙ noticia pmissaꝝ est cã ꝑtialis noticie ꝯclusionis. ¶ Ad scđam dr ꝙ sillꝰs simplr põt pcedere ex falsis: q: non respicit nisi dispositionẽ premissaꝝ in mõ ⁊ figura. vel põt etiã dici ꝙ sillꝰ sophisticus peccans in materia põt bene pcedere ex falsis: ⁊ tñ est ꝟe sillꝰ: lꝫ sillꝰ sophisticus peccãs in forma nõ sit sillꝰ. ¶ Ad tertiam dr ꝙ ens ⁊ verũ ꝯuertuntur capiendo verũ p passione entis: sed nõ capiendo verũ vt est proprietas ppõnis. ¶ Ad quartam dr ꝙ bene pbat ꝙ premisse false nõ inferunt ꝯclusionem veram pꝑter quid. i. vlr: sed solum q: est: id est in aliquibus. ⁊ nõ rõne falsitatis: sed rõne dispõnis taliũ premissarũ constitutarũ ex talibus terminis. ¶ Ad quitam patet solutio in secundo articulo.

¶ Conuertere aũt est trãsponẽtẽ conclusionẽ facere: quoniam vel extremũ medio non inerit vel hoc postremo. necesse est cũ cõclusione ꝯuersa ⁊ altera manente propositione interimi reliquam: nam si erit ⁊ conclusio erit.

Quid est cõuersiue sillogisare. ¶ Istud est quartuꝫ capl'm huius tractatꝰ in quo pħs deteriat de quarta ptãte silloꝝ q̃ est sillogisare ꝯuersiue. ⁊ pˀlo docet I prima figura dicẽs pˀlo ꝙ ꝯuersiue sillogisare est sumere oppositũ ꝯdictorium vel ꝯriũ ꝯclusiõis

Quõ sillogisatur in prima figura. prioris sillꝰ cũ altera pmissaꝝ inferẽdo ꝯriũ vel ꝯdictorium alterꝰ pmisse. ⁊ h̃ docet pˀlo in pˀlo mõ prime figure dicẽs ꝙ I pˀlo modo prime figure ex opposito ꝯrio ꝯclusionis cuꝫ maiore pt ꝯuersiue sillogisari ꝯriũ minoris in camestres. Sed si sumat oppm̃ ꝯriũ cuꝫ minore interimit maior in felapton. Et subdit ꝙ maior de barbara nõ põt interimi p suã ꝯrariã cum solũ interimat in tertia figura in qua non ꝯcludit vlr: ſꝫ ex opposito ꝯdictorio ꝯclusionis cũ altera pmissaꝝ pt ꝯuersiue sillogisari oppm̃ ꝯdictorium alterꝰ pmisse: ⁊ sic dicatur in celarẽt: ſꝫ in modis particularibus ex ꝯdictorio ꝯclusiõis cuꝫ altera pmissaꝝ põt sillogisari cõtradictorium vtriusq; premisse: sed nõ ex ꝯrio: cum ꝯclusiões eoꝝ nõ habeãt ꝯrariũ. Sed si sumeret subcõtrarium ꝯclusionis q̃ est pticularꝭ cũ maiore q̃ est vlis: bñ inferet subcõtrariuꝫ minoris: ſꝫ nõ interimit: q: due subcõtrarie possunt simul stare in ꝟitate: ſꝫ non pt sumi cũ minore: q: tũc ambe pmisse essent pticulares. In scđa pte docet sillogisa-

Quõ conuersiue sillogisat in scđa figura. re cõuersiue in secũda figura ponẽs quinq; cõclusiões. Prima ꝯclusio. ex opposito ꝯclusionis cũ minore nunq; põt sillogisari cõuersiue oppositum ꝯrium maioris: q: talis dispositio est in tertia figura in qua nunq; concluditur vlr. ¶ Secũda cõclusio. ex cõtrario vel ꝯtradictorio cõclusionis cum maiore in vlibus modis põt cõuersiue sillogisari cõtrarium vel cõtradictorium minoris. ¶ Tertia cõclusio. ex contradictorio conclusionis cum minore põt conuersiue sillogisari contradictorium maioris. ¶ Quarta cõclusio. in modis particularibus nunq; ex cõtrario cõclusionis potest conuersiue sillogisari oppositũ alterius pmisse: quia non habent cõtrarium: ⁊ si sumatur sub cõtrarium nõ interimitur propositũ: cuꝫ due subcõtrarie possint simul esse vere. ¶ Quinta conclusio. in modis particularibus ex contradictorio cõclusionis cum altera premissaꝝ potest inferri cõtradictoriũ alterius premisse.

Quõ conuersiue sillogisat in tertia figura. ¶ In tertia parte docet sillogisare cõuersiue in tertia figura: dicens primo ꝙ neutra pmissarũ modorum tertie figure siue vniuersaliuꝫ siue particulariũ interimitur sumendo subcõtrarium cõclusionis. ex quo illa subcontraria est particularis q̃ nõ põt interimere suam subcõtrariã: sed vtraq; pt interimi sumẽdo cõtradictoriũ ꝯclusionis. vnde in darapti sumẽdo ꝯtradictoriũ cũ minore interimitur maior in celarẽt: ſꝫ cũ maiore Iterimitur minor in cesare.

Correlaria ex eisdem. ¶ Ex quibꝰ infert quedam correlaria. Primũ. satis manifestum est q̃liter sillogisandũ ẽ ꝯuersiue. ¶ Scđm. premisse sillogismoꝝ prime figure interimunt p scđam ⁊ tertiam figuras. maior p tertiã: ⁊ minor per scđaꝫ. ¶ Tertiũ. pmisse silloꝝ scđe figure interimunt per tertiã ⁊ p primã. minor p pˀlaꝫ: ⁊ maior p tertiã. ¶ Quartũ correlariũ. pmisse sillogismoꝝ tertie figure Iterimũtur p primãꝫ scđaꝫ figuras. maior per primã: ⁊ minor per scđam.

¶ Per Ipossibile aũt sillus ostẽditur qñdẽ ꝯtradictio ponitur cõclusiõis ⁊ assumitur alia ppõ. Fit ꝟo in oibus figuris. simile eñi est conuersioni.

Modus sillogisandi p Ipossibile. Quid est sillꝰ p impossibile. ¶ Istud est qntũ capl'm huius tractatꝰ in q̃ pħs deterīat de qnta ptãte sillꝰ q̃ ẽ sillogisare p Ipossibile. Et diuidit I qttuor ptes: I pˀla docet sillogisare p Ipossibile I pˀla figura diffiniens primo sillogismum per impossibile dicẽs ꝙ sillꝰ ad impossibile est quĩ procedit ex contradictorio alicuꝰ ppõis pbãde pro vna premissaꝝ cũ altera manifeste ꝟa ad inferenduꝫ ꝯclusionẽ manifeste falsaꝫ: ex cuiꝰ falsitate in-

ferř falsitas vni⁹ pmisse ex cuius falsitate infertur veritas sue ɔdictorie. Secūdo ponit differentiā ꝛ ɔuenientiam inter sillogismū ad impossibile ꝛ cōuersiuū.

Dr̃a inter sillm ad impossibile et cōuersiuum

dr̃a est: qꝛ sillogismus cōuersiu⁹ psupponit verū sillm ex cui⁹ opposito cōclusiōis cū altera pmissaꝝ inferř opposituͣ alteri⁹ pmisse. Sꝫ sillo ad impossibile nō sꝫ psupponit sillm: sꝫ aliqñ solū psupponit aliquā ppōnem pbandā.

Eorūdē cōuenientia.

Sꝫ couenientia est: qꝛ tā sillus conuersiuus ꝙ sillus ad impossibile fiūt in qualibet figura. Tertio docet sillogisare p impossibile in pma figura dicēs ꝙ in oibus figuris q̄libꝫ ppō pt sillogisari p impossibile cui⁹ ɔdictoria pōt eē pmissa in tali figura. Ex quo infert ꝙ vlis affirmatiua non pōt sillogisari p impossibile in pma figura: qꝛ cōtradictoria ei⁹ nō pōt eē pmissa i prima figura: ꝛ sꝫ oēs alie ppones pnt bñ sillogisari per impossibile in pma figura.

Correlaria ex eisdem.

Ex quo infert duo correlaria. pmū. ad sillogisandū p impossibile capiendū est oppositū cōtradictoriū coclusionis ꝛ nō cōtrariū: qꝛ ista regula de quolibꝫ est affirmatio ꝛ negatio vera ꝛ de nullo ābo simul supra quā fundaf sillus ad impossibile nō hꝫ locū nisi in ɔdictoriis in quibus arguif a falsitate vni⁹ ad veritatē alteri⁹ ꝛ nō in cōtrariis. Secūdū correlariū. oēs alie ppones ab vlī affirmatiua ostendūtur p impossibile in prima figura.

Sillogisandi modus p impossibile in scđa figura.

¶ In secunda pte docet sillogisare in scđa figura p impossibile dicēs ꝙ vlis affirmatiua sillogisaf in scđa figura sumēdo cōtradictoriū ei⁹ cū vna vlī affirmatiua manifeste vera: ex qua inferř particularis negatiua manifeste falsa in baroco. Sed particularis affirmatiua sillogisaf per impossibile in camestres sumēdo cōtradictorium ei⁹ cum vna manifeste vera ex qua inferř vna manifeste falsa. Sꝫ vlis negatiua sillogisaf in festino sumēdo cōtradictoriū ei⁹ cū vna vlī negatiua manifeste vera: ad inferendū pticularem negatiuā manifeste falsam: sed particularis negatiua sillogisaf p impossibile in cesare sumēdo ɔtradictoriū cū vna vlī negatiua manifeste vera ex qua inferř vna manifeste falsa.

Sillogisandi modus p impossibile i tertia figura.

¶ In tertia parte docet sillogisare p impossibile in tertia figura dicēs primo ꝙ vlis affirmatiua sillogisaf in bocardo sumēdo cōtradictoriū ei⁹ cū vlī affirmatiua manifeste vera: sꝫ pticularis affirmatiua sillogisaf in felaptō vel ferison sumēdo cōtradictoriū ei⁹ p maiore cum vlī vel pticulari affirmatiua manifeste vera. Sꝫ vlis negatiua sillogisaf in disamis sumēdo cōtradictoriū ei⁹ p maiore cum vlī affirmatiua manifeste vera ad inferendū vnā manifeste falsam: sꝫ pticularis negatiua sillogisaf p impossibile sumēdo cōtradictoriū eius cū vna manifeste vera ad inferendū vnā manifeste falsam.

Silli ostēsiui ad impossibile ɔpatio Due eorūdē differētie.

¶ In quarta pte comparat sillm ostēsiuum ad sillm ad impossibile ponēs duas drãs. quaꝝ prima est: qꝛ sillus ostēsiu⁹ pōt pcedere ex pmissis veris: sꝫ sillogismus ad impossibile sꝫ capit vnā manifeste falsam. Secūda differentia. in sillo ostēsiuo non oportet opinari conclusionem esse veram vel falsam. sꝫ in sillo ad impossibile conclusio debet semp esse falsa. Deinde ponit cōuenientiā dicens ꝙ omnis conclusio sillogisata p impossibile potest sillogisari ostensiue.

Cōuenientia eorūdem.

¶ In quā aūt figura est ex oppositis ppositionib⁹ sillogisare: ꝛ in qua non est sic erit manifestum. dico aūt oppositas ppositiones sm locutionē quidē quattuor: vt omni nulli. ꝛ omni ꝛ non omni. ꝛ alicui nulli. ꝛ alicui non alicui. sm veritatem autem tres. nā alicui non alicui sm locutionem solum opponitur.

¶ Istud est tertiū capitlm ꝛ vltimū hui⁹ tractatus in quo determinat de sexta potestate silli q̄ ē sillogisare ex oppositis. ꝛ ptinet quattuor ptes.

Sillogisandi mod⁹ ex oppositis i prima figura.

In prima docet sillogisare ex oppositis in prima figura. dicēs primo ꝙ quattuor sunt oppositi oēs sm affirmationē ꝛ negationē vt oppositio vlis affirmatiue ꝛ vlis negatiue: ꝛ oppositio vlis affirmatiue ꝛ pticularis negatiue vel vlis negatiue ꝛ pticularis affirmatiue: et oppō pticularis affirmatiue ꝛ pticularis negatiue. ¶ Deinde subdit ꝙ in prima figura non pōt fieri sillus ex oppositis. primo in modis affirmatiuis: qꝛ sillus affirmatiuus cōstituitur ex ambabus affirmatiuis pmissis q̄ nō sunt opposite. nec in negatiuis: qꝛ in talib⁹ mōis nō idē subiicif ꝛ pdicaf in pmissis: igif.

Idem in secunda.

¶ In scđa pte docet sillogisare ex oppositis in scđa figura. dicens ꝙ in scđa figura fit sillus ex oppositis tā cōtrariis ꝙ ɔdictoriis. primā ptem pbat i modis vlibus. primo in camestres: vt ois disciplina ē studiosa: nulla disciplina est studiosa: ergo nulla disciplina est disciplina. Deinde declarat scđam ptē dicens ꝙ in mōis pticularibus ex oppositis cōtradictoriis fit bonus sillus ex oppositio.

Idē in tertia.

¶ In tria pte docet sillogisare ex opposit' i tria figura: ꝛ pmo i mōis affirmatiuis dicēs ꝙ in modis affirmatiuis nō fit sill⁹ ex oppositis cū ambe pmisse sint affirmatiue: sꝫ i modis negatiuis bñ fit sillus ex oppositis. in vlībus quidē fit ex contrariis ꝛ in pticularibus fit ex ɔdictoriis.

Documēta de eodem.

¶ In quarta pte ponit sex documēta. quoꝝ primū est. sillogisando ex oppositis debemus sumere opposita ɔria vel cōtradictoria ꝛ non subcōtraria: qꝛ subcōtrarie sunt pticulares ex quibus nihil sequif. ¶ Secundū documentum. ad hoc ꝙ pmisse alicuius sillogismi ex oppositis concedātur ab aliquo oportet vtraꝗ per aliquē sillm cōcludi ꝛ vnā supponere ꝛ aliā sillogisare. ¶ Tertiū documentū. ex quo tres sunt modi oppositionū. s. duo cōtradictoriū ꝛ vnus contrarius. ideo contingit sex modis ista opposita cōbinari in sillogismo ex oppositis variādo maiorem affirmatiuam in negatiuam ꝛ econtra: vt satis patet. ¶ Quartum documentum. sillus ex oppo

sitis differt a sillogismo cōcludēte verū ex falsis: q3 l3 in sillis ex oppositis vna p̄missarum sit falsa ⁊ alia v̄a: tñ ex illis oppositis nūq̄ p̄t fieri ɔclō v̄a. ¶ Quintū documētū. nihil p̄hibet i sillo ex opposit' inferre ɔclusionē ɔ̄riā vel cōtradictoriā ꝓpōni cōcesse a respondēte. ¶ Sextū documētū. p̄misse opposite q̄ sumūtur in sillo ex oppositis nō possunt cōcludi p̄ vnū sillm: nisi maior sumat cū vtraq3 pte contradictiōis ex pte p̄dicati: ⁊ si nō cocludātur ambo opposita in vno sillogismo: tunc oporz alterū oppositoꝝ cōcedi a rñdente ⁊ alterum sillogisari: aut vtrunq3 sillogisari in diuersis sillis. exēplum primi: vt oē aial est albū: ois hō est aial: g̃ ois hō est albus. exēplū secūdi: vt si cōcedat illa. omnis disciplina est opinio tunc sillogisatur sua contradictoria per accidens nulla medicina est opino.

Dubiū de sillo cōuersiuo et sillo ad impossibile et sillo ex opposit'

Queritur vtrū sill's cōuersiuus: sillus ad impossibile: ⁊ sillogismus ex oppositis sint boni silli ⁊ inter se distincti. ¶ Arguit p̄mo sic. sill's cōuersiu' ⁊ ad impossibile fiūt in eisdem figuris p̄ eosdem terminos: ergo nō differūt. ¶ Scd̄o sic. ois bonus sillus solum cōstat ex tribus termis ⁊ duabus ꝓpōnibus: s3 in sillo ad impossibile sunt plures termini q̄ tres cū in ipo sint tres ꝓcessus: ergo sequit q̄ sillus ad impossibile nō est bonus sillus. ¶ Tertio sic. ois bonus sillus secūde aut tertie figure est reducibilis ad sillos p̄me: sed sillus ex oppositis nō est hmōi: igit nō pōt fieri in scd̄a ⁊ tertia figuris. ¶ Quarto sic. ois bonus sillogismus est in aliqua triū figurarū: sed sillogismus ex oppositis nō est hmōi: igit. minor p3 p̄mo: q2 ois sill's ɔ̄tūs i aliq̄ figura fit tm̄ ex trib' terminis: s3 in sillo ex oppositis sunt tm̄ duo termini: igit. ¶ Quinto sic. sillus ex oppositis non est vtilis: igit nō est ponēdus. añs p3: q2 nō est vtilis demōstratori: eo q̄ demonstrator semp ꝓcedit ex veris: neq3 dyaletico: q2 dyaleticus ꝓcedit ex ꝓbabilibus: modo contraria vel cōtradictoria non videntur esse ꝓbabilia: igit. ¶ In oppositū est p̄hs in textu. In questione erūt tres articuli.

Quid ē sillogism' conuersiuus.

¶ Sciendū est p̄imo q̄ p̄ declaratōe quarte potestatis supponit p̄imo q̄ vt dictū est circa textū. sillus ɔuersiuus est sillus qui ex opposito contrario vel cōtradictorio cōclusionis cum altera p̄missarum infert oppositū cōtrariū vel cōtradictoriū alterius premisse puta illius loco cuius accipitur contrarium vel contradictorium conclusionis. vnde sill's ɔuersiuus de significato materiali significat p̄imū ꝓcessum. de formali signicat secundus in ordine ad p̄imū: ita q̄ ille scd̄s ꝓcessus in ordine ad p̄imū pōt dici sillus ɔuersiuus: q2 ꝓpter tale dr̄ ɔuersiuus. vñ si sillus ɔuersiu' capiat q̄tū ad materiale ⁊ formale no ē vn' ꝓcessus; s3 sunt duo numero differētes ⁊ etiā specie cū sint semp in diuersis figuris: ⁊ sic p3 q̄ sill's ɔuersiu' sp̄ p̄supponit vnū sillm p̄i' factū in ordine ad quē dr̄ ɔuersiu'. Supponit scd̄o q̄ si ɔclō p̄oris silli fuerit vlis: tūc possumus in tali dupl'r sillogisare conuersiue. s. ex opposito ɔtrario ⁊ ex opposito ɔtradictorio. s3 si cōclō sit p̄ticularis indefinita vel singularis: tūc solū vno mō possum' sillogisare cōuersiue. s. ex opposito ɔ̄dictorio. Et si quis dicat. nōne in tali mō possumus sillogisare conuersiue ex subcontrario. Rñdet q̄ nō: q2 vna subcōtraria nō h3 interimere alterā cum due subcōtrarie possint sil' stare in v̄itate. ex quo sequit q̄ ꝓpo tm̄ duobus mōis pōt interimi: sc3 p̄ cōtrariū ⁊ p̄ ɔ̄dictoriū. Supponit tertio q̄ in omi bono sillo ex opposito ɔ̄dictorio cōclusionis cū altera p̄missaꝝ infert oppositū alteri' p̄misse. Ex quo p3 q̄ q̄l3 sill's pōt reduci p̄ impossibile. nā sillogisare ɔuersiue ⁊ sillogismū reduci p̄ impossibile sunt penit' idē. falsa est g̃ illa opinio illoꝝ q̄ dicūt q̄ modi p̄ime figure nō reducuntur per impossibile.

Silli ɔuersiui ⁊ p̄ impossibile multiplex dr̄ia.

¶ Sciēdū est scd̄o q̄ circa p̄dicta incidit hec difficultas. an sillus cōuersiuus differat a sillo p̄ impossibile. ¶ Ad quā rñdet breuiter q̄ sillus cōuersiuus differt a sillo p̄ impossibile multipl'r. p̄imo. q2 sillus p̄ impossibile nō presupponit aliquā cōclusionē sillogisatā neq3 aliū sillm: ex cui' cōclusionis opposito ꝓcedat: s3 bñ supponit aliquā ꝓpōnē ex cui' ɔ̄dictorio cū vna v̄a infert vnā manifeste falsam. Scd̄o dr̄nt: q2 sillus p̄ impossibile sp̄ ꝓcedit ex altera falsa: ideo ei' ɔclusio sp̄ ē falsa: s3 sillus ɔuersiuus pōt ꝓcedere ex ambabus veris: ideo ei' cōclusio p̄t eē v̄a. Tertio. q2 sillus ɔuersiuus valet ad ostēdēdū bonitatē ɔ̄ñe. s3 sillus ad impossibile valet ad ostēdēdū veritatē alicui' oppositi.

Eoꝝdē cōuenientia.

Cōueniunt aūt multipliciter. p̄mo: q2 p̄nt fieri ex eisdez terminis. scd̄o q2 vterq3 ꝓcedit ex opposito alicui'. tertio: q2 idē sillus in numero aliq̄n ē ɔuersiu': ⁊ aliq̄n ad impossibile. ⁊ hic d3 intelligi quo ad vnū ꝓcessum: vt iste sillus: quidā hō nō est risibilis: ois hō est aial rōnale: g̃ quoddā aial rōnale nō est risibile pōt dici ad impossibile ⁊ conuersiuus i ordine ad istū sillm. oē aial rōnale est risibile: ois hō ē aial rōnale: g̃ ois hō ē risibilis. Et si q̄s arguat: g̃ tales silli nō differūt. negat ɔ̄ña. cui' rō ē: q2 l3 cōueniāt in significato materiali: non tñ in significato formali: seu quo ad omnes ꝓcessus.

Quare sill's dr̄ ɔuersiu'.

¶ Sciendū est tertio q̄ sill's non dr̄ cōuersiuus eo q̄ aliqua p̄missarum in ipo cōuertat: sed dr̄ cōuersiu' ex eo q̄ maior vel minor mutatur in oppositum contrarium vel cōtradictoriū conclusionis. et isto modo cōuersio attribuit sillo qui ex opposito conclusionis alicuius silli prius facti cum altera p̄missarū infert oppositū alterius p̄misse. vnde vtilitas hui' silli ē ad ꝓbādū seu ad ostēdēdū bonitatē ɔ̄ñe prioris sillogismi: q2 illa ɔ̄ña est bona in qua ex opposito ɔ̄ñtis cum altera premisse

rum infert oppositū alteri⁹ ꝓmisse ⁊ ꝯsiter totius añtis qd̓ est vna copulatiua. nā ex opposito illi⁹ ꝓmisse infert vna disiunctiua cui⁹ ipsa ps ⁊ alia ps erit oppositū alterius ꝓmisse: et tūc erit vna disiunctiua cōposita ex partibus ꝯdicētibus copulatiue existētis totū antecedens. Et ad illā disiūctiuā sequit copulatiua negatiua que ꝯtradicit toti illi antecedēti.

Duo dubia incidentia circa vltimas potestates.

¶ Sciēdū est quarto ꝙ circa duo vltima capl'a seu circa duas vltimas ptātes incidūt due parue difficultates. ꝑma. an ois sill's sit ex hypothesi. Et arguit primo ꝙ sic: qꝛ ois sill's est ex hypothesi. añs ptꝫ: qꝛ ois bon⁹ sill's ꝓsupponit tres termios ⁊ duas ꝓpōnes: igit. ¶ Scđo sic. ois sillus infert suā ꝯclusionē ꝑncipaliter intentā ꝟtute alicuius ꝓpōnis nō expresse in ꝓmissis: igit ois sill's est ex hypothesi. ꝯña patet: qꝛ sill's đr ex hypothesi qꝛ infert suā cōclusionē ꝑncipaliter intentā ꝟtute suppositionis nō enumerate in ꝓmissis. añs ptꝫ: qꝛ ois bon⁹ sillus si sit affirmatiu⁹ infert suaꝫ ꝯclusionē ꝟtute istius suppōnis: quicqd̓ affirmat de subo distributo affirmat de qlibet ꝯtēto sub eo. et si sit negatiuus infert ꝟtute istius qcq̄d vere negat de distributo negat de quolibet ꝯtēto sub eo. Pro solutiōe hui⁹ supponit ꝑmo ꝙ hypothesis idē est ꝙ suppositio. đr enī hypothesis ab hypos qd̓ est sub ⁊ thesis positio: q̄si suppō. Supponit scđo ꝙ sillogismus pōt dupli͛ intelligi esse ex hypothesi. vno mō qꝛ fit ex suppōne triū terminoꝝ ⁊ duaꝝ ꝓpositionū vel ꝟtute alicuius ꝑncipij ꝓsuppositi. et sic ois sillus ostēsiuus pōt dici ex hypothesi. Alio mō đr sillus ex hypothesi qꝛ infert cōclusionē ꝑncipaliter intētā ꝟtute alicui⁹ suppositiōis extrinsece nō enumerate neqꝫ itellecte i ꝓmissis: et sic sillus ex hypothesi distinguit ꝯ sill'm ostēsiuū. Et ꝑ hoc soluūtur rōnes prius facte q̄ nihil aliud ꝓbāt nisi ꝙ ois sill's sit ex hypothesi ꝑmo modo: et nō scđo mō.

Quid ē hypothesis.

Quot modis intelligit sillogismū esse ex hypothesi.

¶ Scđa difficultas. an sillus ex oppositis possit fieri i ꝑma figura. et videt ꝙ sic: qꝛ fit i scđa ⁊ tertia figuris: ḡ in ꝑma. ꝯña ptꝫ: qꝛ sillogismi scđe ⁊ tertie figuraꝝ reducunt ad sill'os ꝑme figure. Ad hoc r͛ndet ꝙ lꝫ ex repugnātib⁹ ꝓpōnibus possit fieri sill's i prima figura: nō tñ ex oppositis. qꝛ opposite debēt participare vtroqꝫ termino ordine eodē q̄ nō ꝑt esse ꝓmisse in ꝑma figura: cū illud qd̓ subijcit i vna ꝑdicet i alia: neqꝫ opꝫ sill'os ex oppositis factos in scđa vel in tertia figuris reductos ad primā esse ex oppositis: et sic bene cōcedit ꝙ sillogismi facti i scđa et tertia figuris ex oppositis reducūtur ad primā figurā: sꝫ tūc nō sunt ex oppositis.

Vtrū sillogismus ex oppositis possit fieri in prima figura.

¶ Quantū ad scđm articulū dubitatur primo vtrū diffinitio silli ꝑ impossibile sit a philosopho sufficiēter assignata. Pro cui⁹ solutione supponit ꝑmo ꝙ sillogismus ꝑ impossibile pōt capi dupli͛. vno mō ꝓ primo processu in quo arguit ex opposito ꝯdictorio cōclusionis ꝓpositionis date a respōdente: cū vna manifeste vera ad inferēdū vnā manifeste falsaꝫ. et sic est in aliqua triū figuraꝝ: et tunc vocat sillogismus mendacij a philosopho in primo prioꝝ. Alio modo capit pro tribus ꝓcessibus: puta ꝓ primo sillogismo ⁊ duob⁹ enthimematibus necessario reqsitis ad ꝯclusionē principalē ꝓbandā. et hoc modo capit cū dicit ꝙ sillogismus ad impossibile nō est i aliqua triū figuraꝝ. Et ꝑ hoc pōt solui q̄stio in qua querit vtꝝ sillogismus ad impossibile sit sillogism⁹. nā si capiat ꝓ primo ꝓcessu est sillogismus. si autē capiat ꝓ aggregato ex illis tribus ꝓcessibus simul: nō est sillogism⁹.

An sillus ꝑ impossibile sufficiēter diffiniat.

Silli ꝑ impossibile acceptiones.

Supponit scđo ꝙ sillogismus ad impossibile et ꝑ impossibile idē sunt ꝺm rem: sed differūt rōne: qꝛ nō đr ad impossibile eo ꝙ ꝯsequētia est falsa vel impossibilis: sed đr ꝑ impossibile eo ꝙ vna ꝓmissaꝝ est semꝑ falsa vel impossibilis: nō tñ est intelligendū ꝙ ois sillogismus q̄ ꝓcedit ex ꝓmissa impossibili: vel qui infert ꝯclusionē impossibilem sit ꝑ impossibile: sed sillogismus ille qui procedit ex ꝯtradictorio cōclusionis ꝓbande cū vna manifeste vera: infert vnam manifeste falsam.

Que differētia est inter sill'm ad impossibile et ꝑ impossibile.

Supponit tertio ꝙ i quolibet sillogismo ꝑ impossibile sunt tres ꝓcessus. Primus est. a ꝯdictorio ꝓpositionis probande cū vna manifeste vera ad vnā manifeste falsaꝫ. Scđs est. a falsitate ꝯclusionis ad falsitatē alterius ꝓmisse: et tenet ꝑ hanc maximā ꝙ ex veris nō seq̄tur falsum: ergo si cōclusio sit falsa: necesse est alterā premissarū esse falsam. Tertius est. a falsitate illius premisse ad veritatē illius conclusionis probāde: et tenet virtute istius maxime ꝙ nunq̄ due ꝯtradictorie sunt simul ꝟe.

Tres ꝓcessus in quolibet sill'o ꝑ impossibile.

¶ Et si quis dicat. conclusio sillogismi ad impossibile non est semꝑ impossibilis: ergo non semꝑ debet dici sillogismus ad impossibile. Respondetur ꝙ etiam nō oportet: sed sufficit ipsam esse falsam: qꝛ nō dicitur solū ad impossibile eo ꝙ conclusio sit impossibilis: sed quia procedit ex contradictorio: cū vna manifeste vera ad cōclusionem falsam vel impossibilem: cum etiam alijs duobus ꝓcessibus. Supponitur finaliter ꝙ ad faciendum sillogismum per impossibile nos debemus accipere ꝯtradictorium ⁊ nō ꝯtrariū: qꝛ si haberet cōtraria falsa cōclusionis ꝓbande: adhuc nō haberem⁹ veritatē illius conclusionis: cum non valeat cōsequentia. ista est falsa: ergo sua contraria est vera: quia due cōtrarie possunt esse simul false.

¶ Dubitat scđo vtrū vniuersalis affirmatiua possit sillogisari ⁊ probari per sillogismū ad impossibile. Pro cuius solutiōe supponitur ꝙ ad probandam aliquam propositionē per impossibile: oportet ꝙ ꝯtradictoriū illius sumatur pro vna premissa: vt patet ꝑ diffinitionem sillogismi ad impossibile. Sed ꝓpositionem sillogari per impossibile non est aliud ꝙ ipsam esse cōclusionē sillogismi ad impossibile. Tunc ponunt alique ꝯclusiones. Prima. vniuersalis affirmatiua non potest probari ꝑ impossibile in prima figura: qꝛ eius ꝯdictoria

Dubiū de sillogisatione vniuersalis affirmatiue per sill'm ad impossibile.

Quid reqrit ad ꝓbādū aliquā ꝓpōnē per impossibile.

nõ põt esse pmissa in pma figura: cũ ɔdictoria eius sit pticularis negatiua q̃ nõ põt esse pre-missa in aliquo mõ pme figure. ¶ Scda ɔclu-sio. vlis affirmatiua põt sillogisari p ipossibi-le in pma figura: qz vlis affirmatiua falsa põt sillogisari i pma figura ex duab⁹ pmissis vna manifeste va ꝛ alia manifeste falsa. ꝛ ex falsita-te ɔclusiõis põt inferri falsitas alteri⁹ pmisse: ex cui⁹ falsitate põt inferri vitas ppõnis sibi ɔdictorie. Et sic erit ibi vnus tot⁹ pcessus ad ipossibile: cui⁹ ɔclusio sillogistice illata ẽ vlis affirmatiua. Ex quo pz φ nõ est idez sillogisa-re aliquã ɔclusionẽ p impossibile ꝛ ipam pba-re p impossibile. ¶ Sed peteret aliqs. q̃ ɔclu-sio in sill'o ad impossibile sillogisaᷓ p impossi-bile ꝛ q̃ pbaᷓ. Rñdeᷓ φ ɔclusio pmo illata sil-logistice sillogisaᷓ p impossibile: ꝛ ɔclusio vlti-mo illata pbaᷓ p impossibile. s. illa q̃ inferᷓ in tertio pcessu. Et si qs dicat. dixit aristo. in te-xtu φ vlis affirmatiua nõ põt sillogisari p im-possibile. Rñdetur φ aristoteles ibi capit sil-logisari stricte put idem est qd̃ probari.

Dubiũ de sill'o ex oppositis.
Eiusdem diffinitio.
Eiusdez ac exceptiones.

¶ Dubitaᷓ tertio vtrũ sillogismus ex oppositis sit bonus sillogismus: ꝛ vtrũ q̃libet ɔclusio sillogismi ex oppositis sit falsa. Pro so-lutione prime partis supponiᷓ pmo φ sillogis-mus ex oppositis est q̃ ex pmissis ɔrijs vel cõ-tradictorijs infert ppõnẽ in qua idem negaᷓ de seipso. Uñ hoc cõplexũ sillogism⁹ ex oppo-sitis de materiali significato significat sillogis-mũ cõnotando ipsum pcedere ex ɔtrarijs vel ɔtradictorijs. et est duplex. s. illatiuus ꝛ pba-tiuus simul: alius est illatiu⁹ tm̃. illatiuus tm̃ dᷓ ille cui⁹ vna pmissarũ est formaliter sinony-ma cũ cõclusione. Et talis põt fieri in qualibz figura: vt pz de isto nullus hõ est hõ: ois hõ est hõ: g̃ nullus hõ est hõ: et de tali non loquitur aristoteles cũ dicit φ sillogismus ex oppositis nõ fit in pma figura. Sz sill's ex oppositis pba-tiuus ꝛ illatiuus simul dᷓ ille cui⁹ nulla pre-missaꝝ est formal'r sinonyma cũ cõclusione: et fit ex duob⁹ terminis sine termino ipsis dissi-mili. ꝛ de isto loqtur phs cũ dicit φ sillogism⁹ ex oppositis nõ fit in pma figura: sz bñ i scda ꝛ tertia. cui⁹ vtilitas est cõponere sill'm ex duo-bus terminis sine termino ipsis dissimili. põt esse etiã vtilis ad ducẽdũ respõdẽtẽ ad maius incõuenieñs φ̃ cõcedere duo ɔtraria vel ɔtra-dictoria puta ad cõcedẽdũ ppõnẽ in qua idez negaᷓ de seipso. sz talis vtilitas nõ est gñalis cuilibet sillogismo ex oppositis. ¶ Ad scdam partẽ dubij respõdeᷓ φ nõ semp opz ɔclusio-nem sillogismi ex oppositis esse falsam: imo aliqñ est va: vtputa qñ alterũ extremũ impor-tat rõnẽ impossibilẽ seu qñ termini pro nullo supponunt: vt ista. nulla chimera est chimera: nullus deus asinus est deus asinus: nullus hõ irrõnalis est hõ irrõnalis: q̃ sunt vere: ꝛ sic cõ-tradictorie false. nec opz semp ppõnẽ esse ve-ram in qua idez pdicaᷓ de seipso. Sed multis modis idẽ põt negari de seipso, primo quãdo subiectũ p nullo supponit vel importat rõnẽ in se impossibilem vel rationem in se falsam. Scdo qñ subiectũ supponit ɔfuse tm̃: vt a hõ nõ est hõ. Tertio in ppositiõe de modo loquẽdi incõsueto: vt hõ hõ nõ est. Quarto i ppone modali de necessario respectu istius termini futurũ: vt futurũ de necessitate nõ est futurũ: ideo in talibus ɔclusio sillogismi ex oppositis põt esse vera. ¶ Et si dicaᷓ: si cõclusio silli ex oppositis esset va: tũc nõ esset sill's ex opposi-tis cũ careret vtilitate sua q̃ est ducere respon-dẽtẽ ad maius incõueniẽs: φ̃ ɔcedere duo cõ-traria vel ɔdictoria. Rñdeᷓ φ visuz est φ illa vtilitas nõ est gñalis cuilibz sill'o ex oppositis sz solũ aliq̃bus: sz vtilitas gñalis est scire cõ-ponere sill'm ex duobus terminis sine termino ipsis dissimili. Et hec de scdo articulo.

Conclusio de supradictis sillis.

¶ Quantũ ad tertiũ sit cõclusio respon-salis. sillogismus ɔuersiuus: sillogism⁹ ad im-possibile: et sillogism⁹ ex oppositis: sunt boni sillogismi ꝛ inter se distincti: et p hec cõclusio pz ex dictis. ¶ Ad rõnes aũt oppositũ. Ad pri-mã pz solutio. Ad scdam etiã dictũ est φ sill's ad impossibile captus p aggregato ex tribus pcessibus nõ est vnus sillogismus: sed bene si capiaᷓ p primo pcessu: cõnotando tñ alios pro-cessus. ¶ Ad tertiã dᷓ φ sillogismus ex oppo-sitis factus in scda ꝛ tertia figuris potest re-duci ad primã figurã: sed postq̃ est reductus non plus est sillogismus ex oppositis. ¶ Ad quartã dᷓ φ lz in sillogismo ex oppositis sint solũ duo termini distincti vocaliter ꝛ in signi-ficatione: sunt tamen ibi tres distincti officia-liter: eo φ vnus semp exercet officiũ duorum. ¶ Ad quintã patet solutio ex dictis.

In principio autẽ petere et ac-cipere est quidẽ: vt i genere su-mere in eo quod nõ est demõ-strare ppositũ. hoc autẽ acci-dit multipliciter. Nam ꝛ si oino nõ sillo-gisatur: et si per ignotiora aut similiter ignota: et si per posteriora quod prius est. demonstratio enim ex notioribus et prioribus est: horum autem nihil est pe-tere quod ex principio.

Hec est scds tractatus huius libri. i quo pħs determinat de tri-bus defectibus seu peccatis inci-dẽtib⁹ circa potestates sillogismo-rum: et cõtinet tria capitula. In primo deter-minat de primo defectu q̃ est petere principiũ q̃ incidit in sillogismo circulari. Et pmo ostẽ-dit quid est petere principiũ: dicens φ petere principiũ est non ostendere propositum. Et cõ-tingit quattuor modis. Primo quãdo omnino non sillogisatur: id est ponitur aliquid sine pro-batione. Secundo quando idem ostenditur per ignotiora: id est per minus notum. Ter-tio quando idem ostenditur per eque ignota. Quarto, quãdo prius ostẽditur per posterius.

Quid ẽ petere principium.
Petere principiũ quot modis contingit.

Nā ois fillus ꝓbatiuus dʒ ꝑcedere ex ꝑoꝛibꝰ
ꝛ notioꝛibꝰ. ℂ Deinde diuidit petere ꝑncipiū

Petitiōis principij diuisio.

dicēs ꝙ petitio principij est duplex. quedam
est petitio principij statim: ꝛ quedā nō statim.
Petitio pricipij statim: est qñ idē re ꝛ noīe as
sumif ad ꝓbandū seipꝫ: vt dicēdo a est: ergo a
est. Sed petitio principij nō statim: est qñ assu
mif aliqd ad ꝓbādū aliqđ ꝓpositū ꝑ qđ nō ē
natū ꝓbari: immo magis econtra. Et exēplifi
cat dupl'r. primo vt si a oñdaf per b ꝛ b ꝑ c. et
tñ a. sit natū ostēdi per c. tunc est petitio prici
pij nō stati. Scđo vt si quis ꝓbet lineas para
lellas ꝑ hoc ꝙ nō est cōcurrere adinuicē erit
petitio pricipij nō statiꝫ: qꝛ illud añs linee pa
lelle nō cōcurrūt natū ē ostēdi ꝑ illđ ꝯñs iste
linee sūt perarelle. vt sic arguēdo linee sūt pa
lelle: ergo nō cōcurrūt ꝛ vltra nō cōcurrūt: er
go sūt pararelle: igif de pmo ad vltimū bñ se
quif iste linee sunt pararelle: ergo sūt paralel
le. ℂ Cōsequēter ostēdit qualif cōtigit pete

Conclusio oñdēs q̄lif fit petitio principij i q̄lꝫ figura.

re pricipiū in oi figura ponēs tres ꝯclusiōes.
Prima. in mō affirmatiuo prime figure si ma
ioꝛ sit eque dubia sicut cōclusio ꝛ termini mio
ris sint cōuertibiles. tūc petif ꝑncipiū: qꝛ ex
ꝯclusione cū ꝯuertente mioꝛis ostēdif maioꝛ.
Scđa cōclusio. si minoꝛ sit eque dubia sicut co
clusio ꝛ termini maioꝛis cōuertanf petif prin
cipiū: qꝛ ex cōclusiōe cū ꝯuertēte maioꝛis osti
dif minoꝛ. Tertia cōclusio. ꝯtingit petere pin
cipiū in scđa ꝛ tertia figuris sicut in prima.
Et subdit ꝙ sicut petitur principiū in modis
affirmatiuis: ita petif principiū in modis ne
gatiuis. Subdit etiā finaliter ꝙ differenter
contingit petere principiū in demonstratiuis
ꝛ dyalecticis: quia in demonstratiuis petitur
principium ꝭm veritatem: ꝛ in dyalecticis peti
tur princium ꝭm opinionem.

ℂ Non autem ꝓpter hoc accidere fal
sum qđ sepe in disputationibus solemꝰ
dicere. primū quidē est ad impssibile sil
logismꝰ qñ ad ꝯtradictionē est impos
sibilis illius quod demonstratum est ea
que est per impossibile. Nam neqꝫ qui
non contradicit non dicit ꝓpter hoc ac
cidere falsum: sed quoniā falsuꝫ aliqđ
positum est eorum que prius.

ℂ Istud est scđm capitulū in quo phs deter
minat de scđo defectu q̄ đr nō ꝓpter hoc acci

Quid ē nō ꝓpter hoc accidere falsum.

dere falsum. ostēdēs primo in quo sillo hꝫ fie
ri dicēs ꝙ fit in sillo ad imposibile ꝛ ostēsiuo.
primū ꝓbat duabus rōnibus. Prima. qꝛ nō ꝓ
pter hoc accidere falsuꝫ fit in illo sillo in quo
capif ꝓ premissa cōtradictoriū cōclusionis et
in quo ex falsitate cōclusionis regredif ad fal
sitatē alicuius ꝑmisse inferendo veritatē prin
cipalis ꝯclusiōis. sed hoc fit in sillo ad impos
sibile: igif. Scđa rō. nō ꝓpter hoc accidere fal
sum đr ꝓpositio cōnumerata cū aliis ꝑmissis
quo remota nō minꝰ sequif ꝯclusio; sed illa so
let poni in sillo ad ipossibile: igif. Ex quo dif
finit nō ꝓpter hoc accidere falsum dicens ꝙ
nō ꝓpter hoc accidere falsum est ꝓpō supflue
posita in sillo ad impossibile: sic se hñs ꝙ ipa
remota nō minꝰ accidit ipossibile. iō si ex fal
sitate cōclusionis inferaf falsitas talis ꝓposi
tionis: tūc cōmittif ille defectꝰ q̄ nō est ꝓpter
hoc accidere falsum. Cōsequēter ponit duos

Modi de eodem.

modos huiꝰ. Primꝰ qñ talis ꝓpō nō cōuenit
in aliquo termino cū ꝑmissis vel conclusione
silli ad impossibile: vt si cōclusio sit ista. impos
sibile est aliqđ spaciū pertrāsire. ꝛ hypothesis
seu nō ꝓpter hoc accidere falsum sit ista: dya
meter nō est assimeter. Et af sic. dyameter nō
est assimeter non contingit infinita ptrāsire:
in quolibet spacio sunt infinita: ergo nō con
tingit aliquod spaciū ptransire. ꝯclusio est fal
sa: ergo aliqua pmissarū. ꝛ nō nisi ista. dyame
ter non est assumere: igif hec est vera. dyame
ter est assimeter. Scđs modus est qñ talis ꝓ
positio ꝯuenit in aliquo termino cū cōclusiōe
ꝛ hoc i subiecto vel predicato. Et exēplificat
aristoteles in litteris. ℂ Deinde remouet vnū
dubiū. qđ cū posset dubitare ꝙ falsum i sillo
ad impossibile sequeref ꝓpter ꝓpositionē ve
ram ibi assumptam. Rñdet phus dicens ꝙ in
sillo habēte cōclusionē falsam: sequif talis cō
clusio ꝓpter falsum prius assumptū ꝛ nō ꝓpt
verū: qꝛ si ꝯclusio est falsa: necesse est alterā ꝑ

Cautele rñdentis.

missarū esse falsaꝫ. ℂ Cōsequēter ponit duas
cautelas rñdētis q̄bus dʒ cauere ne ducatur
ad falsuꝫ. Prima. si rñdens ignoret ꝯclusionē
quē vult cōcludere opponēs caueat cōcedere
ꝓpositōes vno termino cōicātes. Scđa. si re
spondēs sciat cōclusionē quā vult inferre op
positiones dʒ cauere ꝙ nō ꝯcedat duas ꝓpo
nes cōicātes i vno termino ꝛ dispositas i mō
ꝛ figura ex q̄bus posset inferri illa conclusio.

Cautele opponētis.

ℂ Deinde ponit duas cautelas opponentis.
Prima. opponēs dʒ celare ꝯclusionē quā vult
inferre ꝯtra rñdentē. Scđa. si opponēs habe
at plura media dʒ incipere a remotioꝛi: qꝛ per
hoc magis latet rñdētē. ℂ Finaliter ꝛ incidē
taliter determinat de elencho dicēs ꝙ eiꝰ no
ticia satis pōt haberi ex noticia silli. Nā elen

Quō fit elenchus.

chus pōt fieri ex duabꝰ affirmatiuis aut alte
ra affirmatiua ꝛ altera negatiua: sicut sills.
Et cōclusio ꝯdicat illi quod cōcessum est a rñ
dente iam est elenchus: qꝛ elenchus addit su
pra sillm ꝙ sit sillus cōtradictionis. iō si rñ
dens non ꝯcedat affirmatiuā non potest fieri
elenchus cum ex puris negatiuis nihil sequa
tur. Silr si rñdēs non concedat aliquā ꝓpō
nē vniuersalē nō pōt esse elenchus: cū ex pu
ris particularibus nihil sequatur.

ℂ Accidit aūt qñqꝫ quēadmodū in po
sitione terminoꝝ fallebamur: sic ꝛ ꝭm
opinionem fieri fallaciam.

ℂ Istud est tertiū capłm huius tractatus in
quo phs determinat de tertio defectu qui đr

Quō fit fallacia

fallacia ꝯtie opiniōis. ꝛ dicit ꝙ ꝯtigit aliquē

decipi i opinione ppōnū positaꝝ i sillo ex op-
positis: ⁊ dicit vlterius ꝙ talis fallacia ɔtin-
git fieri duplr. Uno mō p media adinuicē nō
ordinata. Scdo p media subordinata. Decla-
rat primo in medijs nō subordinatis: vt si qͣs
cognoscat substātiā inesse aiali ⁊ ignoret eam
inesse sensibili: ⁊ tñ sciat ambo. s. aial ⁊ sensi-
bile inesse alicui: puta hoi. Scdo decipif per
diuersos sillogismos ad opinādū ɔtrarias p-
pōnes: vt p istū sillm. oīe aial ē suba: ois hō
est aial. opinabif istam. ois hō est suba. ⁊ per
istū sillm nullū sensibile ē suba: ois hō est sen-
sibilis. opinabif istā. nullus hō est suba q̄ est
ɔ̄ria pnie ɔ̄clusiōi. Exēplū qñ sumunf media
subordinata: vt si quis sciat subam inesse aia-
li ⁊ ignoret ipam inesse corpori dū tñ sciat ꝙ
corpus ⁊ aial ɔ̄ueniāt homini ducef ad ɔ̄-
cedendū conclusiones contrarias p diuersos
sillos. affirmatiuā p istum: oīe aial est suba:
ois hō ē aial: g̊ ois hō est suba. ⁊ negatiuā p
istū. nullū corpus est suba: ois hō est copꝰ: g̊
nullus hō est suba. ¶ Deinde ostēdit qūo ali-
quis ducef ad opinādū ɔ̄trariā vel ɔ̄tradi-
ctoriā alicuiꝰ pmisse dicēs ꝙ si quis opinetur
ābas pmissas silli affirmatiui nō pōt opinari
ambas pmissas silli negatiui: qꝛ tūc duceref
ad ɔ̄cedendū ɔ̄tradictoriā alicuiꝰ pmissarū
⁊ cum hoc ipam premissam: qꝛ ex conclusione
silli negatiui cū minore silli affirmatiui ɔ̄-
cluderef contradictoria maioris silli affirma
tiui: vt si qͣs ɔ̄cedat duas pmissas illius silli.
oīe aial est suba: ois hō est aial: g̊ ois hō est
suba: Et silr istius. nullū sensibile ē suba: ois
hō est sensibilis: g̊ nullus hō est suba. tunc dꝫ
capi ista ɔ̄clo nullꝰ hō ē suba cū miore poris
silli ⁊ inferaf pticlaris negatiua in felapton.
¶ Consequenter ostēdit qualiter ɔtingit opina
ri ppōnes silloꝝ inferētiū ɔ̄rias sine incōue-
niēti dicens ꝙ duo sunt modi quibus hoc est
possibile. Primus est qñ neutrū opinatur in
ppria forma: sed vtrūqꝫ opinaf i suis pmissis
siue opinef eas in vno sillo siue i diuersis de
clarat p duo exēpla. Primū. vt si qͣs sciret ꝙ
ois triāgulus hꝫ tres. Et ponamꝰ ꝙ c. sit idē
qͦd triāgulus ⁊ ignorē ipm esse triāgulū. tunc
habeo sciam in vli ꝙ ois triangulus hꝫ tres
⁊ p ɔ̄ns de ipo c. tñ in ppria forma credo c. nō
habere tres angulos. Scdm exemplū vt ali-
quis pōt scire ꝙ ois mula ē sterilis: eo ꝙ hec
mula sit mula. videbit tñ vnā mulā hr̄e gros-
sum vētrem ppter qͦd putabit ipam non esse
sterilē ⁊ sic opinabif istas duas ois mula est
sterilis. ⁊ istā. aliqua mula nō est sterilis quā
tñ credit in particulari esse mulam. ¶ Conse-
quenter ponit aliquos modos ipius scire et
ipius ignorare. Primus modus scire est scire
in vli: vt sciendo istam ꝙ ois triāgulus habꝫ
tres. dicimus scire ꝙ ysocheles hꝫ tres. Se-
cūdus modus est scire in ppria forma: ⁊ vter-
qꝫ istorum modorum est duplex: seu potest
esse duplex: scilicet in habitu ⁊ in actu: in ha
bitu quando dormimus vel qñ circa illud
actu non considerāmus. in actu quando actu
ɔ̄sideramus. ⁊ tot modis dr̄ etiam ignorare.
¶ Et aduerte ꝙ scire in vniuersali ⁊ ignora-
re in particulari nō opponūtur. etiam scire in
habitu et ignorare in actu non opponūtur. idͦ
ɔ̄tingit eandem ppositionē scire vno modo
⁊ ignorare alio modo. ¶ Finaliter ostendit
qūo contingit opinari contraria sm materiā
hoc ē sm termios dicens ꝙ dupliciter. Primo
cū incōueniēti: vt si quis opinef aliquē eē bo
num ⁊ esse malum: tunc debet opinari bonum
esse malum. Sic arguendo hoc est malum et
hoc est bonum: ergo bonum est malum. ¶ Se
cundo. sine inconuenienti vt ignoretur vnum
per se ⁊ aliud per accidens. vel vnum in pro-
pria forma: ⁊ aliud per accidens.

*Marg.: Quō ducif qͣs ad opinādū ɔ̄riaꝫ vel ɔ̄dictoriaꝫ alicuiꝰ premisse.*

*Marg.: Quot modis ɔtingit opinari ppōnes sillorū iferētiū contrarias sine incōueniēti.*

*Marg.: Mōi scire ⁊ ignorare*

*Marg.: Quō ɔtingit opinari sm materiā*

¶ Quando autem conuertuntur extre
mitates necesse est medium conuerti
ad vtrumqꝫ. si enim a. de c. per b. est si cō
uertitur inest cui a. omni c. et b. a. con-
uertif. ⁊ inest cui a. omni b. p mediū c.

Iste est tertius tractatus huius libri in quo phs determinat de alijs speciebus argumētatōis a sillo. ¶ Et primo ponit sex reglas. Prima. si extremitates alicuius sillo
gismi cōuertātur inter se: necesse est medium
cōuerti cum ambabus extremitatibus. quod
pbat in barbara: quia ex conuertente conclu
sionis cū minore posita loco maioris infertur
conuertens maioris: sed ex conuertente con-
clusionis cum maiore posita loco minoris in-
fertur conuertens minoris. quod non posset
fieri nisi medium conuertatur cum extremi-
tatibus. ⁊ dꝫ pprie intelligi ista regula in mo
do vniuersali affirmatiuo: qꝛ in alijs patef in
stātiā. ¶ Scda regula. si aliq̄ duo ɔuertātur
inter se sicut genitū ⁊ corruptibile: silr ⁊ eoꝝ
opposita. s. ingenitū ⁊ incorruptibile. ¶ Ter-
tia regula. si sumātur duo ɔ̄ria ex vna pte: pu
ta genitū ⁊ ingenitū. ⁊ alia duo ex altera pte
scꝫ corruptibile ⁊ incorruptibile: tūc vnū ɔ̄rio
rū ex vna pte cōuertaf cū vno ɔ̄rioꝝ ex altera
pte: puta genitū cū incorruptibili: tūc ingeni-
tū ɔuertef cū icorruptibili: qꝛ si nō eēt ita tūc
aliq̄d eēt ingenitū ꝙ nō eēt incorruptibile. ⁊
si nō esset incorruptibile: tūc esset corruptibi
le: et per ɔ̄sequens genitum. quod est falsum.
¶ Quarta regula. si aliquid dicatur de duobꝰ
vniuersaliter et de nullis alijs qñ illa etiam
dicātur de ipis. tūc si illa duo cōuertanf inter
se necesse est tertiū cōuerti cū vtroqꝫ: vt si rō-
nale dicatur de omni hoie ⁊ omni risibili ⁊ de
nullis alijs de quibus nō dicātur illa: si hō et
risibile ɔuertanf iter se ita ⁊ rōnale. ¶ Quin
ta regula. si aliqua duo pdicata dicanf de eo
dem subiecto vniuersaliter ⁊ vnum illoꝝ con
uertatur cum tali subiecto: tunc alterum pre
dicabif vniuersalr de ipo: vt in istis terio ri-

*Marg.: Sex regle ex alijs spē bus argumētatōis. Prima.*

*Marg.: Secunda.*

*Marg.: Tertia.*

*Marg.: Quarta.*

*Marg.: Quinta.*

Sexta. sibile rōnale ⁊ hō. ¶ Sexta regula. si sint aliq̄ duo opposita puta a ⁊ b. quoꝝ vnū est eligēdū ⁊ alterū fugiēdū: puta a eligēdū ⁊ b fugiēdū. et sint alia duo opposita ex altera parte quoꝝ vnū est eligēdū. s. d. et alterū fugiēdū puta. c. si a iunctū cū c sit magis eligēdū ꝙ̄ iunctū cū b. a simpliciter est magis eligēdū ꝙ̄ d. ¶ Declarat rōne ⁊ exēplo. rōne sic: oppositū ꝯñtis est falsum: igit ꝯñs est verū. et q2 oppositū ꝯñtis pōt habere duas causas veritatis: aut q2 a est similiter eligēdū sicut b aut minus: s3 vtrūq3 est falsum: igit. probat primo de primo: q2 si a ⁊ b essent eligēda equaliter: tūc eorū opposita essent equaliter fugiēda: et tūc sequeret ꝙ a ⁊ c simul iūcta nō essent magis eligēda ꝙ̄ b ⁊ d. qd̄ est ꝯtra suppositū. De scd̄o ꝙ a nō sit minꝰ eligendū ꝙ̄ d. ꝓbat: q2 si sic sequeret ꝙ b eius oppositū esset minus fugiendū ꝙ̄ c. qd̄ est oppositū ipsius b. cū minus malum minori bono opponat: et tūc seq̄ret ꝙ a ⁊ c iuncta simul nō essent magis eligēda ꝙ̄ b ⁊ d. qd̄ est ꝯtra suppositū. Exēplo sic declarat: vt sit a velle bene agere b nolle bñ agere: d bñ agere: c male agere. si velle bñ agere ⁊ male agere sit magis eligendū ꝙ̄ bñ agere ⁊ nolle bñ agere: tunc velle bene agere simpliciter erit melius ꝙ̄ bñ agere: q2 volūtas bona sine actione est magis eligenda ꝙ̄ actio sine bona volūtate. Ex quo infert ꝙ dilectio ſm amoreȝ est magis eligenda ꝙ̄ coitus: quia dilectio est finis coitus: et non debet coitus appeti nisi ꝓpter dilectionē.

¶ Quoniā autē non solum dyalectici et demonstratiui sillogismi per predictas fiunt figuras: sed ⁊ rhetorici: s3 et simpliciter quecūq3 fides est et ſm vnāquāq3 artē nūc erit dicēdū. Oīa eni credimus aut ꝑ sillogismū aut ex inductione.

¶ Istud est scd̄m capitulū huius tractatus i quo phs determinat de inductione: et diuidit in duas partes. In prima ponit talē ꝯclusionē. ꝙ nō solū sillogismi dyalectici ⁊ demōstratiui sunt in tribus figuris: sed etiaȝ rhetorice argumētationes sicut est enthimema ⁊ exemplū. ¶ Ꝯsequēter diffinit inductionē: dicēs ꝙ inductio est argumētatio ostēdens maioreȝ extremitatem de medio ꝑ minorē: vt si esse longeuū ostēdatur de hoc cōplexo: aīal nō habēs colerā ꝑ illud cōplexū iste equus ⁊ ille equus. sic arguendo: ille equus est longeuus: et ille equus est longeuus: et sic de alijs. Similiter iste asinus est longeuus: et iste asinus est lōgeuus: et sic de alijs aīalibus nō habētibus coleram: ergo omne aīal nō hñs colerā est lōgeuū. Et nō capit ibi mediū ꝓ termino inferente: s3 ꝓ illo qd̄ ſm naturā mediat inter maioreȝ extremitatē et minorē. Et reducit ad sillogismū sumendo singularia pro medio: et pōt fieri in tertia figura vł in prima: vt sic arguēdo. omne qd̄ est ille equus: et sic de alijs est aīal lōgeuū: sed omne qd̄ est ille equus ⁊ sic de alijs est aīal nō habens coleram: ergo omne aīal nō habens coleram est longeuū. Et si quis dicat. conclusio est vniuersalis que non pōt ꝯcludi in tertia figura. Respōdet ꝙ prius dictū est: si duo predicata insunt vni subiecto vniuersaliter: et vnū illoꝝ ꝯuertat cū subiecto: necesse est alterū dici de altero ꝑdicato vniuersaliter cuiusmodi est longeuū ⁊ nō habēs colerā. ¶ Ꝯsequēter ponit duas differētias inter sillogismū ⁊ inductioneȝ. Quarū prima est. inductio est ꝓbatiua ꝓpositionū imediatarū: sed sillogismus ꝓpositionū mediataꝝ. Scd̄a differentia. inductio ostendit maiorē extremitatem de medio: sed sillogismus ostendit maiorē extremitatē de minori per mediū. Ex quo infert ꝙ sillogismus procedit ex prioribus ſm naturā. inductio vo ex posterioribus: tamen ex notioribus quo ad nos.

Conclusio.

Quid est inductio.

Differētie silli et inductionis.

¶ Exemplū autem est qn̄ medio extremū inesse ostendit ꝑ id qd̄ est simile tertio. oportet autē ⁊ mediū tertio ad ꝑmū sillogismi euidētius inesse: vt sit a malū: b autē ꝯtra cōfines inferre bellum.

¶ Istud est tertiū capitulum in quo philosophus diffinit exemplū dicens ꝙ exemplū ostēdit maiorē extremitatē de medio per aliquod simile minori extremitati. Et ostendit maiorē extremitatē de minori per medium. exempluȝ dat philosophus: vt athenienses pugnare cōtra thebanos malū est: ergo affines pugnare contra affines malum est: et vltra affines pugnare contra affines malum est: sed focenses contra thebanos pugnare est affines contra affines pugnare: ergo focenses pugnare ꝯtra thebanos malum est. ¶ Consequēter diffinit exēplum sub ratione exempli dicens ꝙ argumentatio cuius antecedens non se habet ad consequens vt pars ad totum: nec vt totū ad partem: sed vt pars ad parteȝ. hoc est qd̄ solet dici ꝙ exemplum est quando vnum particulare probatur per aliud propter aliquod simile in ipsis repertū. ¶ Finaliter ponit duas differentias inter inductioneȝ et exemplū. Prima. inductio procedit ab omnibus singularibus ad vniuersale: exemplum autem ab vno singulari ad aliud. Scd̄a differētia. q2 iductio ostēdit maiorē extremitateȝ de medio ꝑ minorem. S3 exēplū ostēdit maiorē extremitatē de medio ꝑ aliqd̄ simile minori extremitati: ⁊ cū hoc ostēdit maiorē extremitatē de miori ꝑ mediū.

Exempli diffinitio.

Diffinitiō exēpli sub rōe exēpli.

Inductiō et exēplum quō differunt.

¶ Deductio autē est qn̄ medio quidem primū palam est inesse. postremo auteȝ mediū dubiū quidā. similiter autē credibile aut magis ꝯclusiōe: amplius si pauciora sint media postremo ⁊ medio: oīno enim ꝓpinquius esse accidit scientie.

¶ Istud est scd̄m capitulū huꝰ tractatꝰ i quo phs determinat de deductione dicēs ꝙ deductio est qn̄ maior est manifesta ⁊ minor dubia

Quid est deductio.

similiter credibilis aut magis credibilis conclusione: et sunt duo modi eius. primus est qñ minor est equaliter aut magis nota q̄ ꝯclusio. scd̄s est qñ ad probationē minoris requirunt pauciora media q̄ ad probationē cōclusionis. dat exemplū de primo modo: vt oīs disciplina est docilis: iusticia est disciplina: ergo iusticia est docilis. ibi minor est dubia: est tñ similiter aut magis credibilis q̄ cōclusio. dat exēplum de scd̄o mō: vt oīe equale recte linee pōt quadrari: sꝫ circulus est eq̄lis recte linee: ꝑ circulus pōt quadrari. ibi minor nō req̄rit nisi vnū mediū ad sui ꝓbationē. s. q̄ linea q̄ est q̄rta ps circuli sit eq̄lis recte linee q̄ est q̄rta ps q̄drati: sꝫ ad ꝓbationē ꝯclusiōis req̄runt plura media. Et subdit finaliter q̄ minor nō sit credibilior ꝯclusione: aut si non ꝓbetur paucioribus medijs q̄ ꝯclusio. aut si sit ꝓpositio imediata: tūc nō erit deductio sed demonstratio.

Modi deductionis.

Instātia autē est ꝓpositio ꝓpositiōi ꝯtraria. differt autē a ꝓpōne: qm̄ instātiam q̄dez cōuenit esse in parte: ꝓpōnez autē oīo nō cōuenit aut nō in vniuersalibus sillogismis. fert autē instātia duobus modis et p duas figuras. duobus modis quidem: qm̄ aut vniuersalis aut particularis omnis instantia.

Instantie diffinitio.

Istud est quintū capitulū in quo determinat de instātia dicēs q̄ instātia est ꝓpositio ꝓpositioni ꝯtraria vel ꝯdictoria ꝓpōni respōdentis. Et differt a ꝓpōne ꝯtra quā fit: q꞉ ꝓpositio cōtra quā fit debet semp esse vniuersalis. Sꝫ instātia pōt eē vniuersalis aut pticularis. Et subdit q̄ instātia seu sillogismꝰ instātiuus fit duobꝰ modis ꝛ p duas figuras. fit eni vniuersaliter ꝛ particulariter eo q̄ instātia semp opponit ꝓpōni ꝯtra quā fit: et illa semp ꝯcludit in pˀma aut tertia figuris. ꝓbat exēplarit. nā si ꝓpositio ꝯtra quā fit instātia sit vniuersalis affirmatiua: vt oīm ꝯtrarioꝝ est eadē disciplina: tunc fit sillogismꝰ instātiuus in pˀma figura arguēdo sic. nulloꝝ oppositoꝝ eadē est disciplina: sed oīa ꝯtraria sunt opposita: ergo nulloꝝ ꝯtrarioꝝ est eadē disciplina. sꝫ si sumat ꝯdictoria ꝓ instātia fiet sillogismus in tertia figura arguēdo sic. noti ꝛ ignoti nō est eadem disciplina: sed oīe notū ꝛ ignotū ꝯtrariant: ꝑ aliquoꝝ ꝯtrarioꝝ nō est eadē disciplina. sed si fiat instātia ꝯtra negatiuā vniuersalē p eius ꝯtrariā: tūc fiet in barbara. si p ꝯdictoriā fiet in tertia figura. Deinde ꝓbat rōne q̄ sillogismus instātiuus fiat in prima ꝛ tertia figuris. oīs instātia est vniuersalis vł particularis: sꝫ vniuersalis fit in pˀma figura et pticularis in tertia: igit. Minorē ꝓbat: q꞉ ad instandū vniuersaliter dꝫ sumi mediū qd̄ est supius ad subiectum ꝓpōnis ꝯtra quā fit instātia: et dꝫ esse inferius ad p̄dicatū: sꝫ hoc nō pōt esse mediū nisi in prima figura: igit. Sed ad instādū particulariter debet sumi mediū sub subiecto ꝓpositionis ꝯtra quā fit instantia: et dꝫ se habere tanq̄ inferius ad subiectū ꝛ p̄dicatū: sꝫ hoc nō pōt fieri nisi in tertia figura: igit. Cōsequenter ostēdit q̄ instātia euidēter fit in pˀma et tertia figuris: et nō in scd̄a. q꞉ in illis figuris solū fit euidēter instantia q̄bus infert oppositū ꝓpōnis contra quā fit instātia: sed hoc solū fit i tertia ꝛ prima figuris: igit. Scd̄a ratio. oīs instātia dꝫ esse statim manifesta et non indigere longo s̄mone: sicut fit in scd̄a figura. Finaliter dicit q̄ instātia generaliter dicta bene fit per sillogismū ex hypothesi: puta per sillogismū ad impossibile per locum ab oppositis: etiam per locum ab auctoritate. Dicit etiā q̄ si capiatur instantia large tam pro sillogismo instātiuo tam euidente q̄ ineuidente bene potest fieri in secunda figura.

Modi instantie.

Ratio probans instātiaꝫ fieri in prima ꝛ tertia figuris.

ycos autem ꝛ signuꝫ nō idem est: sed ycos quidē est ꝓpositio ꝓbabilis. quod eni vt in pluribus sciunt factum esse: aut nō factum: aut esse aut non esse: hoc est ycos: vt odire inuidentes ꝛ diligere amātes. Signum enim vult esse propositio demōstratiua vel necessaria vel probabilis.

Istud est sextum capitulum in quo philosophus determinat de enthimemate. Et dicit primo q̄ ycos et signum nō sunt idem: quia ycos est ꝓpositio probabilis: sed signū dicitur esse propositio necessaria vel probabilis. Et quo infert diffinitionem enthimematis dicens. Enthimema est sillogismus ex ycotibus et signis. Scd̄o ostendit quot modis fit enthimema: dicens q̄ enthimema potest fieri in tribꝰ figuris: ponit exemplum in prima: omnis mulier habens lac peperit: hec mulier habet lac: ergo peperit. In tertia. psitacus est sapiens: psitacus est studiosus: ergo studiosum est sapiens. Deinde remouet dubium dicens q̄ arguentes enthimematice non sumūt ambas premissas: sed vnā sumūt ꝛ reliquam supplēt. dat exempluꝫ in scd̄a figura: omne pariens est pallidum: hec mulier est pallida: ergo hec mulier peperit. Et dicit q̄ talis sillogismus solū apparet esse in scd̄a figura: sed nō est: quia fit ex ambabus affirmatiuis. Consequēter ponit differētiam enthimematis ad sillogismū: et differentiam enthimematum inter se dicēs: q̄ enthimema ꝛ sillogismus differūt: q꞉ enthimema solum sumit vnam propositionē: sꝫ sillogismus sumit duas. vnde per additioneꝫ vniꝰ ꝓpōnis fit sillogismus. Sed differētia enthimematū inter se est: quia enthimema factum i prima figura si debite fiat est insolubile siue difficulter solubile: cū antecedens eius sit necessarium: sed in tertia figura est probabile et solubile: quia solum concludit particulariter. In secūda vero apparēs ꝛ non omnino insolubile: ꝛ hoc si fiat ex puris affirmatiuis.

Signum ꝛ ycos quō differunt.

Quid est ycos.

Quid est signum.

Quid est enthimema

Enthimema quot modis fit.

Differētia sillogismi ꝛ enthimematis et enthimematum inter se.

Sequitur textus.

¶ Naturas autez cognoscere possibile est si q̃s ↄcedat simul trãsmutare corp⁹ ꝛ aiam q̃ncq̃ naturales sint passiões dicens cũ aliq̃s musicã transmutauit ſm q̃d aiam: sed non eorũ que naturaliter nobis insunt est hec passio: sed vt ire et cõcupiscẽtie ꝛ naturalium motuum.

Istud est vltimũ caplm in quo docet inuenire signa passionũ naturaliũ q̃ possit eẽ media enthimematuz. Et ponit duas suppõnes. Pria. passio naturalis hꝫ signũ in subo cui⁹ est. Scẽda. vni⁹ passionis est vnicũ signũ. Ubi ponit duo documẽta ad inueniẽdũ signa passionũ naturaliũ. Primum. si aliqua passio insit alicui subo vlr ꝛ velimus scire ꝓpriũ signũ illi⁹ passiõis opꝫ considerare cui speciei vlr non conuenit talis passio: ſꝫ aliq̃bus indiuiduis ei⁹ ꝛ aliq̃b⁹ non. Et videre q̃d sequit̃ illã passionẽ in illo subo cui inest: q: illud dꝫ poni signũ illi⁹ passionis: vt fortitudo repitur in oib⁹ leonibus ꝛ in aliq̃bus hoib⁹ ꝛ in aliquib⁹ nõ. Ideo si habere maxias spatulas seu summitates sequat̃ hominẽ fortez: tũc illud erit signũ fortitudinis. Scõm documẽtũ. si sint due passiões vni⁹ subi ad cognitionẽ signi vni⁹ videdũ est in quo sit vna passio ꝛ nõ alia: ꝛ q̃d signũ ↄsequat̃ eã in illo subo: q: illud dꝫ poni signũ ei⁹ in illo subo cui ãbe insunt sicut leoni isunt due passiões. s. fortitudo ꝛ liberalitas. si g̃ velim⁹ cognoscere q̃ sint signa illaꝝ debem⁹ aspicere ad subas in quibus ille passiones diuisim reperiũtur.

Documenta ad signa naturaliuz passionum, inuenienda

Utrum de peccatis incidẽtibus circa silloꝝ ptãtes phs suffi cienter determinauerit.

Ueritur tertio ꝛ vltimo vtrum phus sufficienter determinet de peccatis icidẽtibus circa ptãtes silloꝝũ. Similiter de aliis spẽbus argumẽtatiõis aliis a sillo. ¶ Arguitur primo contra primã partẽ. petitio pncipii nullo modo peccat contra sillm: g̃ male dr̃ q̃ est peccatũ cõtra sillm. Scõo. si petitio pncipii peccaret ↄtra sillm: aut maxie eẽt ex eo q̃ non esset ꝓbatiua sue cõclusiõis: ſꝫ hoc nõ: q: illõ nõ requirit̃ ad rõnẽ silli. ¶ Arguit̃ tertio sic. nulla est fallacia ↄtie deceptiõis: ergo ipa non deficit a perfecta rõne silli. añs patet: q: nulla est fallacia cõtrarii sensus nec intellectus: g̃ a simili nec opiniõis. ¶ Quarto sic arguit̃. deductio ꝛ instãtia sunt spẽs argumẽtationis distincte ab aliis ꝛ a sillo: g̃ aristoteles non sufficienter enũerat spẽs argumẽtationis. Item inductio nõ est possibilis cũ nõ sit possibile nũerare oia singularia: etiã exemplũ non est ↄña necessaria: igit̃. añs pꝫ: q: ex vno singulari nõ necessario sequit̃ aliõ: igit̃. ¶ Quinto sic. enthimema ẽ ꝟe sills ſm phm primo posterioꝝ: ergo nõ dꝫ poni spẽs distincta a sillo. In oppositum est phs in textu. In questione erunt tres articuli.

¶ Quantum ad primũ sciendum est p̃mo q̃ pro declaratione p̃me particule q̃stiõis mouet̃ hec difficultas. an petitio principii peccet contra sillm simplr. Et si non: quare ergo hic phus determinat de ea. Pro solutiõe supponitur p̃mo q̃ non est de rõne silli simplr q̃ sit ꝓbatiuus sue conclusionis: q: tũc ois sillus simplr esset ꝓbatiuus q̃d est falsum cũ multi silli fiant ex falsis ꝛ ipossibili⁹. etiam de rõne silli simplr non est habere tres terminos vocaliter distinctos: sed sufficit q̃ sint distincti officialr vt multotiẽs visuz est. Scõo supponit̃ q̃ nõ est de rõne silli simplr cõclusionẽ eẽ simpliciter aliam vocaliter a qualꝫ premissarum: vt satis pꝫ in multis sillis: ꝛ maxime in sillo expositorio illatiuo tm̃. Sꝫ de rõne silli simplr solũ est dispositio duarũ ꝓpõnũ in modo ꝛ in figura. Et oibus istis dr̃ q̃ fallacia petitiõis pncipii siue statim siue nõ statim nõ peccat cõtra sillm simplr: ſꝫ bñ cõtra sillm demõstratiuum ꝛ dyalecticũ. ¶ Et si q̃s arguat. peccat cõtra sillm demõstratiuũ ꝛ dyalecticũ: g̃ contra sillm simplr. ↄña pꝫ ab inferiori ad superi⁹. Rñdet̃ q̃ indebite arguit̃: q: arguit̃ cũ distributione supoꝝ ꝑ negationẽ inclusam in ly peccat. ꝛ ideo facit terminũ sequẽtẽ se supponere confuse ꝛ distributiue. Et ad sciẽdũ quõ ly peccat includit negationẽ: dꝫ exponi dicẽdo sic. petr⁹ peccat cõtra regẽ. i. petr⁹ nõ seruat mãdata regis. petr⁹ peccat ↄtra deũ. i. petrus non seruat mãdata dei. ꝛ etiã q̃n dicitur petitio pncipii peccat contra sillm dyalecticũ ꝛ c̃. i. non seruat conditiones siue pncipia silli dyalectici ꝛ demõstratiui. ¶ Pro secunda parte dicitur q̃ phs non determiat hic neq̃ alibi de petitione pncipii siue statim siue non statim eo q̃ peccet cõtra sillm simplr: sed q: peccat cõtra sillm demõstratiuũ ꝛ dyalecticũ. Et quia hec scientia ordinatur ad scientiam posteriorum: ideo hic de ipsa determinatur

An pncipii petitio peccet simplr ↄ sillm

Phs q̃re hic determinat de petiõe pncipii

¶ Sciẽdum est secundo q̃ pro declaratione scõi defect⁹ supponit̃ q̃ ly nõ ꝓpter hꝰ accidere falsum de virtute sermonis capitur pro omni re ꝓpter quã non accidit falsum. Et sic ois res mundi ꝓpter quã non infertur cõclusio falsa est non ꝓpter hoc accidere falsum: ꝛ sic non capitur in textu. Alio modo capitur pro ꝓpõne ↄnumerata cuꝫ p̃missis sillogismi cuius conclusio est falsa: nihil faciẽs ad illationẽ illius conclusionis false. ideo si ex falsitate conclusionis inferat̃ falsitas illius ꝓpositionis: tũc dicitur committere talẽ fallaciaꝫ. Et sic capitur in textu non ꝓpter hoc accidere falsum q̃d est sinonymũ cũ hoc quod est nõ causa vt causa. Supponit̃ scõo q̃ iste defect⁹ solũ repitur in sillogismo ad ipossibile: vt ꝓbat aristoteles in textu. Et si quis arguat. sillogismus ad impossibile habet tm̃ duas premissas dispositas in modo ꝛ figura: cum primus ꝓcessus ei⁹ sit sillogisticus: ergo non dꝫ poni talis p̃missa. Respondetur q̃ talis defec-

Suppõ secũdũ defectũ declarans.

singularibus sine explicatiōe huiꝰ pticule et sic de alijs: vel alterius sibi equiualētis. ⁊ sic dico ꝙ nulla talis inductio sub rōne inductionis est bona ꝯña. sꝫ si aliq̄ talis sit bona: h̄ est: q2 vel añs est possibile: vel ꝯñs necessariū: vl' q2 singulare seorsum infert vl'em. Alio modo pōt formari inductio inferēdo vl'em ex singularibꝰ mediāte ista pticula ⁊ sic de alijs: vl' aliq̄ sibi equalēte. ⁊ h̄ fit qñ nō enūerant̄ oīa singularia. sꝫ qñ oīa enumerātur ponit̄ tunc ista pticula. ⁊ nō sunt plura. ¶ Et si q̇s petat q̇d intelligit̄ ꝑ istam pticulā: ⁊ sic de alijs. Rñdeo ꝙ intelligit̄ vna ꝓpō vl'is significās cē sicut signt̄ ꝑ alias singl'ares nō foꝛal'r exp̄ssas: vt soꝛtes currit: petrꝰ currit. ⁊ sic ꝺ alijs: g̊ oīs hō currit. sensus est. soꝛtes currit. plato currit. ⁊ q̇libꝫ hō aliꝰ a soꝛte ⁊ platone currit: g̊ oīs hō currit. Et si q̇s dicat. g̊ inductiōe ꝓceditur ab vl'i ad vl'em. Dico ꝙ illa vl'is in añcedēte ꝺꝛ singularis in respectu ⁊ nō simpl'r: q2 est minꝰ vl'is q̄ vl'is illata. ideo dicitur singularis respectu.

¶ Dubitat̄ scḋo vtrū inductio sit ꝯña foꝛalis addēdo eā pticulā. ⁊ sic de alijs. Rñr breuiter: vt al's visum ē in summulis ꝙ inductio pōt fieri dupl'r. Uno modo a singularibꝰ in significādo ⁊ supponēdo simul cuiusmodi sunt noīa ꝓpꝛia: vt sic arguendo soꝛtes currit plato currit. ⁊ sic de alijs: g̊ omis hō currit. ⁊ sic dico ꝙ nō est ꝯña foꝛmalis: q2 in simili foꝛma est dabilis instantia: vt non sequit̄ soꝛtes currit plato currit: ⁊ sic de alijs: ergo oīs asinus currit: tñ seruat̄ sil'is foꝛma. ¶ Et si q̇s dicat. ibi variat̄ superioꝛitas ⁊ inferioꝛitas: g̊ nō ſuat̄ sil'is foꝛma. Rñdet̄ ꝙ supioꝛitas nō se tenet ex pte foꝛme ꝯñtie: vt al's visum est. ¶ Alio modo pōt fieri a singularibꝰ i supponēdo tm̄: vt iste hō currit: ⁊ iste hō currit. ⁊ sic ꝺ alijs: g̊ oīs hō currit. ⁊ tūc dico ꝙ ē ꝯña foꝛal'. ¶ Et si q̇s dicat i sil'i foꝛa ē dabilis instātia: q2 nō sequit̄ iste hō currit: ⁊ iste hō currit. ⁊ sic de alijs: g̊ oīs asinꝰ currit. Rñdet̄ ꝙ ibi nō seruat̄ ꝯsimilis foꝛma: q2 variat̄ numerus terminoꝝ q̇ se tenet ex pte foꝛme ꝯsequētie. vnde in prima solum sunt duo termini saltem computādo terminos sinonymos ꝓ eodē termino: sed in scḋa sunt tres. s. homo. currit. asinus. Sed q̄reret aliq̇s vtrū inductio ꝓbatiua sit bona ꝯsequētia. Rñdet̄ breuiter ꝙ non. q2 oīs inductio fit mediante ista pticula: et sic de alijs. et tūc est bona ꝯsequētia: sꝫ nō ꝓbatiua: cū añs nō sit notius ꝯseq̄ūte. vñ ista est mihi eque nota. soꝛtes currit: plato currit: et q̇libet hō alius a soꝛte et platone currit: sicut ista: oīs hō currit ⁊ ecōtra. Alio modo fit sine ista particula: et sic de alijs. et sic non est bona ꝯsequētia vt iam visum est supius: licet bñ sit ꝓbatiua. ¶ Et si q̇s querat. nōne vniuersalis fit nota ex singularibꝰ. ꝺꝛ ꝙ sic: sed tūc quātū ē de se nō ē bona ꝯña: sꝫ ē naturalis iclinatio intellectus ducit ad ꝟitatē vniuersalis ⁊ eius ꝯstationē cū nō videat instātiā in alijs singularibus. Unde aduerte ꝙ ad hoc ꝙ aliq̇d notificetur nobis ꝑ inductionē q̄tuoꝛ cōditiōes requirunt̄. Primo req̇rit̄ iudiciū actuale intellectus: puta ꝙ iudicet vl' assentiat istū ignē esse calidū. Scḋo req̇rit̄ experiētia: puta ꝙ videt istū ignē esse calidū. Tertio memoꝛia de singularibꝰ ⁊ eoꝝ sensationibꝰ. Quarto req̇ritur ꝙ intellectus illarū singulariū inferat veritatē vl'is: ex quo nō videt rōnē diuersitatis i alijs et mediātibus istis q̄tuoꝛ inductio nō est ꝓbatiua ꝓpōnū imediatarū saltē q̇ sunt ꝑ se nota sicut sunt pma pncipia: vt de quolibet affirmatio ⁊ negatio: q2 talia cognoscunt̄ cognitis terminis: sꝫ est ꝓbatiua ꝓpōnū imediataꝝ nō ꝑ se notaꝝ sicut ista: oīs ignis est calidus: vel ista omne reubarbarū sanat coleram.

Quot cōditiones req̇runt̄ vt aliquid nobis ꝑ inductionē signisicetur.

An inductio sit ꝯsequētia foꝛmalis addēdo hāc pticulam ⁊ sic de alijs.

An ꝓbatiua inductio sit bona cōsequentia.

¶ Dubitat̄ tertio vtrū diffinitio enthimematis sit sufficienter assignata. Pro cuius declaratiōe supponit̄ ꝙ enthimema capit̄ tripliciter. Uno mō large ꝓ oī ꝯña bona i qua ex vna ꝓpōne in añte exp̄ssa vel ex pluribꝰ non sillogistice ꝯbinatis īfertur alia ꝓpō. ⁊ sic capitur enthimema cū ꝺꝛ ꝙ oīs ꝯña ē sillogistica vel ꝯenthimematica. alio mō capit̄ stricte ꝓ oī ꝯña bona non inductiua nec exēplari in q̄ ex vna ꝓpōne cathegoꝛica vel ex pluribus nō sillogistice cōbinatis infert̄ alia. ⁊ sic capitur cū dicitur ꝙ oīs bona ꝯña vel est sillogismus enthimema inductio vel exēplū. ⁊ isto mō cōuersiones equipollentie ⁊ ꝯsequētie q̄ fiūt in hypotheticis dicunt̄ enthimemata. Alio mō capitur strictissime ꝓ oī ꝯña in qua ex vna sola ꝓpōne cathegoꝛica in añte exp̄ssa infert̄ aliqua conclusio cui si aliqua alia ꝓpō addatur esset bonus sil'lus ad eandē conclusionē inferendā: ⁊ sic capitur in textu cum ꝺꝛ ꝙ est sillogismus supple impfectꝰ. Et si q̇s dicat: nōne bñ sequit̄ est sil'lus īperfectꝰ: ergo est sillogismus. Dico ꝙ non: q2 ly impfectꝰ diminuit. Et aduerte ꝙ ycos positū in diffinitiōe eiꝰ idē est ꝙ ꝓpō probabilis q̄ videt̄ oībus pluribus aut maxime notis. Sed signuꝫ vocat̄ ꝓpō ex qua necessario seq̇tur cōclusio. Ex quo ptꝫ ꝙ eadē ꝓpō sm aliā ⁊ aliā rōnem ꝯsiderata pōt dici ycos ⁊ signum. vocat̄ ycos inquātum est ꝓpō ꝓbabilis. ⁊ dicit̄ signū: vt necessario infert aliā ꝓpōnem. Et ponit̄ ycotibꝰ in nūero plurali ad denotandū ꝙ illa pmissa que infert cōclusionē virtualiter est plures pmissē saltē in inferēdo: q2 īfert talē ꝯclusionē sicut duę. ¶ Supponit̄ finaliter ꝙ exēplū pōt capi dupliciter. vno mō large ꝓ oī bona ꝯña i qua infert̄ ꝯclusio ꝓpt' similitudinē reptā īter res significatas ꝑ terminos añtis ⁊ ꝯñtis: siue añs ⁊ ꝯñs sint ꝓpōnes vniuersales siue particulares. Et sic ē ibi exēplū. pisiēses sunt diuites: ergo rothomagēses sunt diuites: q2 vtriq3 se exercent in mercātijs. Alio modo capit̄ stricte ꝑ ꝯña bona ꝓbatiua cōclusionis particularis ex alia ꝓpositione particulari vel particularibus. ¶ Et aduerte ꝙ exemplum: vt cōiter solet fieri non est bona ꝯña: sed solum est.

Dubiū de enthimematis diffinitione.

Enthimema quot modis capitur.

Exēplum quot mōis capitur.

quedā ꝓbabilitas ꝑ quā vna singularis ꝓbaf ꝑ aliam. iō inter oēs alias species argumētationis est debilior: qꝛ solū tꝫ ꝑ modū similitudinis. modo talis argumentatio multis modis claudicat.

¶ Quantū ad tertiū articulū sit cōclusio rñsalis ad questiō. ꝓbus sufficiēter determinauit de tribus defectibus incidētib⁹ circa sillo: ⁊ de aliis spēbus argumētationis a sillogismo. hec ɔclusio pꝫ ex dict'. ¶ Ad rōnes ꝑ oppositū. Ad duas ꝑmas pꝫ solutio. ¶ Ad tertiā dʒ ꝙ nō est sil'e de sensu ⁊ intellectu: vt al'ovidebif. ¶ Ad qrtā dʒ ꝙ si deductio ⁊ instātia capiātur ꝑ sillogismo deductiuo ⁊ instātiuo nō sunt alie spēs a sillogismo: lꝫ aliqd connotēt supra sillogismū. ¶ Ad quintā pꝫ solutio. Et hec de secūdo libro priorum.

Conclusio rñdens ad predicta.

¶ Sequif primus liber posteriorum.

Omnis ars ⁊ ois disciplina itellectiua ex preexñti fit cognitiōe. Manifestum est autem hoc spectātibus in omnes. mathematice eīn quecūq3 scientie ꝑ hunc modum fiunt: ⁊ aliarum vna queq3 artium. Similiter autem et circa oratiōes que per sillogismos ⁊ que per inductionē. vtreq3 enim per prius nota faciunt doctrinam: hec quidem accipientes tanq̄ a notis: ille vo demonstrantes vniuersale per id quod manifestum est singulare.

Iste est liber primus posteriorū analeticoꝝ. i. de posteriori resolutione q̄ est resolō ɔfitis. Et diuidif in duas ptes. s. proemialē ⁊ executiuā. In parte proemiali ponif primo talis cōclusio. Omnis disciplina ⁊ omnis doctrina intellectiua fit ex preexistenti cognitione: quā conclusionē probat inductiue tam in scientiis speculatiuis ꝙ practicis. In speculatiuis probat etiā inducendo. nam in mathematicis ex cognitione ꝑncipioꝝ deuenimus in cognitionem cōclusionis: et etiā in sciētiis dyalecticis: sicut sunt sciētie q̄ habētur ꝑ sill'm ⁊ inductionem. et etiam in sciētiis rhetoricis: sicut sunt scientie que habenf ꝑ enthimema ⁊ exemplū. Vñ enthimema vere est sillogismus. i. virtualiter: et sic etiā ꝓbatur in sciētiis practicis in quibus noticia conclusionis habef ex noticia principioꝝ. ¶ Cōsequēter subdit ꝙ duc sunt ꝑcognitiōes i demōstratiuis. s. qd est et qꝛ est. Et ꝑm hoc tria inueniūtur in demōstratiōe. s. dignitates seu premisse. passio. ⁊ subm. de quibus presupponif aliqua precognitio. ¶ Cōsequēter ponit ordinē cognitionis ꝑmissarū ad coclusionem dicens ꝙ maior vel minor prius tēpore cognoscitur ꝙ conclusio. Sed maiore et minore simul cognitis simul tp̄e cognoscif cōclusio. Finaliter remouet vnū errorem antiquorum qui dixerunt nos nihil posse scire de nouo. cuius rationem assignat plato in menone. i. in tali libro: qꝛ si sciremus aliqd de nouo maxime essent conclusiones: sed hoc non: qꝛ si ɔclusiōes scirem⁹ de nouo sic ꝙ prius nesciuerimus eas: seq̄tur ꝙ non magis assentiremus eis de nouo ꝙ suis oppositis: vt probat per simile de suo fugitiuo reperto a magistro quez non cognosceret nisi prius cum cognouisset. ¶ Ad hanc rōnem respōdet aristoteles dicēs ꝙ conclusiones ante demōstrationem quodāmodo scimus. s. in vniuersali: sed ignoramus in propria forma ⁊ in particulari.

Divisio huius libri.

Proemium huius libri.

Quot sunt ꝑcognitiones i demōstratiuis.

Ordo cognitionis ꝑmissaꝝ ad cōclusionē.

Queritur primo vtrū omnis doctrina et omis disciplina fiat ex preexistenti cognitione. Et arguitur primo ꝙ non: quia vel fieret ex preexistenti cognitiōe intellectiua vel sensitiua. nō primū: qꝛ illa fit ex alia: ⁊ sic eēt ꝓcessus in infinitū. nec scdʒ: qꝛ de mltis habem⁹ sciam de qb⁹ nō habem⁹ aliquā noticiā sensitiuā sicut de deo ⁊ de angelis. ¶ Scdo sic. aliq̄ notitia sensitiua pōt fieri nulla alia ꝑexistente: igif ⁊ intellectiua. ɔña pꝫ: qꝛ nō videf quare intellectus nō possit hr̄e notitiā suānō ꝑsupposita alia cognitiōe sicut ē sensus q̄ ē potētia inferior ad intellectum. ¶ Tertio. si notitia intellectiua fieret ex ꝑexistēti cognitione sensitiua b' maxie eēt ex ꝑexistēti cognitione sensitiua: sꝫ hoc non: qꝛ vel ly ex diceret circūstātiaʒ cause efficiētis finalis: formalis: vel materialis: sꝫ nullū illoꝝ est dicēdū: igif. ¶ Quarto sic. si sic seq̄ref ꝙ notitia icōpleta fieret ex alia notitia incōpleta qd videf esse falsum: qꝛ vna notitia nō gñatur ex alia nisi mediāte discursu: sꝫ discursus solū ē cōpleroꝝ: igif. ¶ Quito sic. nō ē possibile nos aliqd scire de nouo: igif. Aña patet: qꝛ scire dʒ esse ꝑ cām: sed cause non possunt sciri: qꝛ tūc oporteret ꝙ scirētur ꝑ alias causas: ⁊ sic i infinitū. ¶ In oppositū arguif auctoritate phi in textu. In questione erūt tres articli. ¶ Quantum ad primum

An ois doctrina ⁊ ois disciplina fiat ex preexistenti cognitione.

¶ Sciendū est primo ꝙ ꝑ declaratiōe questionis suppōif pmo ꝙ doctrina ⁊ disciplina capiunf ꝑ eodē. s. ꝑ notitia conclusionis sillogismi demōstratiui. Sed differunt rōne. nā dʒ doctrina: vt ꝓcedit a doctore. ⁊ disciplina: vt recipif in discipulo. ¶ Supponif scdo ꝙ duplex ē notitia. qdā sensitiua: ⁊ ē illa quā hꝫ sensus de obiecto sensibili: cuiusmodi est audire: videre: ⁊ sic de aliis. Alia ē itellectiua quā hꝫ itellect⁹ de itelligibili siue ꝑsite i se siue in sua spē siue i aliqd alio. Notitia sensitiua est duplex. s. interior ⁊ exterior. Interior ē illa quā hꝫ sensus iterior de obiecto sicut fantasia. Exterior ē quā hꝫ sensus exterior de obiecto: vt vis⁹ de colore: ⁊ audit⁹ de sono. His suppositis

Doctrina ⁊ disciplina in q̄ coueniunt ⁊ in q̄ differūt.

Notitia est duplex.

Notitia sensitiua est duplex.

dicitur primo q̃ ois doctrina intellectiua fit
ex preexistenti cognitiõe. vñ doctrina τ disci-
plina capiũtur in textu p̱ noticia ɔclusionis
demõstrate q̃ fit ex p̃existẽti cognitiõe p̃missa
rũ. Et lz hec cõclusio possit intelligi de oi co-
gnitione itellectiua: saltẽ habita ex sensibili-
bus: tñ pħs solũ loquit̃ hic de cognitione con
clusiõis. Dicit̃ tertio q̃ cognitio terioȝ itelle
ctiua fit ex ipoȝ cognitiõe sensitiua iteriori.
Sed cognitio sensitiua interior fit ex p̃existẽ
ti cognitione sensitiua exteriori q̃ non p̃sup-
ponit aliã cognitiõnẽ. Nã ad h̃ q̃ aliq̃s vide-
at albedinẽ nõ req̃rit̃ aliq̃ alia notitia seu co-
gnitio. Dr̃ vlteri⁹ q̃ cognitio itellectiua p̃nci
pioȝ fit ex p̃existẽti cognitiõe suoȝ terminoȝ.

Dubiũ de ista ppõne ois doctrina τ ois sci entia fit ex preexistẽti cognitione

¶ Sciendum est secũdo q̃ circa textuȝ
incidit vna difficultas. vtrũ illa ppõ sit vera. s.
ois doctrĩa τ ois disciplina fit ex p̃existẽti co
gnitione. Et videt̃ q̃ nõ: q: ipa est incõgrua:
q: singulare geminatũ eq̃ualet plurali: g̃ debe
remus dicere fiũt τ non fit. Itẽ doctrina quã
ego habeo nõ fit ex p̃existente cognitione: q:
ipsa nõ fit cũ iã sit facta. ¶ Pro solutione sup
ponitur q̃ ly τ in illa ppõne nõ capit̃ cõplexi
ue ȝ diuisiue: vt est vna hypothetica copulati
ua: τ non vt est vna cathegorica de subiecto co
pulato: q: tunc esset incõgrua. vñ qñ ly τ tene
tur cõplexiue: bene requirit numerũ pluraleȝ
sed non quãdo tenet̃ diuisiue. Scdõ dico q̃ il
la ppõ debet intelligi de doctrina τ scientia
q̃ actu acquiritur: τ nõ de illa q̃ iam actu acq̃-
sita est nisi diceretur q̃ esset sensus. ois doctri
na fit vel fiebat ex p̃existẽti cognitiõe. ¶ Sȝ
restat vnum dubiũ cũ dictũ sit q̃ doctrina et
disciplina sunt idem. s. notitia conclusionis.
Quis posset arguere q̃ non: q: ois forma de-
nominat subm̃ in quo est: sed sic est q̃ discipli
na est in discipulo: p̱ quã denoiatur discipul⁹:
ergo etiam doctrina erit in discipulo. τ p̱ ɔ̃ns
discipulus vocabitur doctõs a doctrina. Re-
spõdet̃ q̃ nõ opȝ semp̱ formã denoiare subm̃
in quo est: s̃m omnem modum suum: sed suf-
ficit q̃ denominet s̃m aliquem modum. ideo
talis denominat s̃m modum discipline.

Utrũ sit possibile aliq̃d scire de nouo.

¶ Sciendum est tertio q̃ circa textum
incidit vna difficultas. vtruȝ sit possibile nos
aliquid scire de nouo. Et videtur q̃ non: q: si
possemus aliq̃d scire de nouo: hoc esset p̱ viaȝ
sensus aut per viam intellect⁹. nõ p̃mũ: q: sen
sus potest decipi circa suũ p̃priũ obiectum.
nec scdõm: quia notitia intellectiua p̃supponit
notitiam sensitiuam: ergo si notitia sensitiua
deficit: ita τ intellectiua. Scdõ sic. sequeretur
q̃ intellect⁹ noster eẽt mutabilis: τ p̱ ɔ̃ns al-
terabilis: quod videt̃ falsum. ɔ̃ña patet: quia
tunc mutaretur de ignorãtia in scientiaȝ. Ter
tio sic. si intellectus noster non omnia sciret a
principio sue creationis: seq̃ret̃ q̃ fuisset crea
tus iperfect⁹: qd̃ nõ videt̃ probabile. Quarto
sic. p̃ncipia sunt nobis nota a natura: τ p̱ ɔ̃ns
multa scimus a natura. In oppositũ est expe-
riẽtia: expimur eñ nos m̃lta scire de nouo. ex
p̱imur eñ q̃ p̱ labores successiue acq̃rimus
scias. iõ restat soluere rõnes. ¶ Ad p̃mã dr̃ q̃
tã p̱ viã sensus q̃ p̱ viã intellect⁹ m̃lta scim⁹
de nouo. τ ad iprobationẽ dr̃ q̃ lz sensus q̃nq̃ȝ
decipiat̃ circa suũ p̃priũ obiectũ p̃pter indi-
spõnem medij vel organi: vel p̃pter nimiã di-
stãtiam ad obiectum nõ tñ semp̱ decipit̃: sed
m̃lta de nouo certitudinalr̃ percipit τ cogno-
scit. ¶ Ad scdãȝ dr̃ q̃ lz itellect⁹ alteret̃ τ mu
tetur alteratiõe p̱fectiua nõ tñ alteratiõe cor-
ruptiua. qñ eñ intellect⁹ mutat̃ de ignorãtia
in sciẽtiã: tũc dr̃ p̱fici saltẽ accidẽtalr̃. Et per
h̃ põt solui tertia rõ. Nã nõ est incõueniens i
tellectũ fuisse creatũ p̱fectiõe accidentali: tñ
fuit bñ creat⁹ p̱fect⁹ p̱fectiõe eẽntiali. Ad q̃r
tã dr̃ q̃ duplr̃ põt intelligi nos scire p̃ncipia
a natura. Uno mõ q̃ a natura h̃eam⁹ notitiaȝ
actualẽ de p̃mis p̃ncipijs τ sic nõ est veȝ. Alio
mõ q̃ a natura inclinemur ad eoȝ cognitionẽ
p̃pter magnã euidẽtiã illoȝ i v̾itate: τ sic bñ
ɔceditur q̃ p̃ncipia sunt nobis nota a natura.

Quot modis intelligitur scire principia a natura

Aliud dubium circa textũ incidens.

¶ Sciendum est quarto q̃ incidit alia
difficultas. vtrũ sit possibile vnũ τ eũdẽ intel
lectum scire istã. omnis dualitas est par: τ si-
mul ignorare istam. ista dualitas est par. Pro
cuius solutione supponitur q̃ aliq̃d dr̃ sciri
dupliciter. Uno mõ in vlĩ. Alio mõ in p̃pria
forma τ in p̱ticulari: vt p̃us visum est. Unde
ad hoc q̃ ppõ vlis dicat̃ scita in p̃pria forma
requiritur q̃ oẽs eius singulares sint scite in
p̃pria forma. Sed ad hoc q̃ sciat̃ in vlĩ suffi-
cit q̃ aliq̃ singulares sciãtur τ q̃ nõ appareat
instantia in aliq̃s singularib⁹. ¶ Scdõ suppo-
nitur q̃ sicut ipossibile est totale añs eẽ verũ
ɔ̃ñte existẽte falso: ita ipossibile est totale añs eẽ
cognitũ cõclusiõe icognita. τ hoc si cognosca
tur bonitas ɔ̃ñe τ q̃ intellect⁹ aduertat circa
tale ɔ̃ñs. τ q̃ nõ sit indispositus neq̃ȝ volũtas
diuertat eũ. ¶ Tertio supponit̃ q̃ sicut i ɔ̃ña
sillogistica non est necesse q̃ si vna p̃missaȝ sit
cognita q̃ p̃pter hoc cognoscatur conclusio.

Aliq̃d sciri quot modis dicitur

Ex quo sequitur q̃ non est possibile scire istã.
ois dualitas est par. τ ignorare istã in vlĩ. ista
dualitas est par. Dicit̃ scdõ q̃ possibile est sci-
re hanc ppõnem. ois dualitas est par: τ igno-
rare istaȝ in p̃pria forma ista dualitas est par:
q: põt ignorari. vtrȝ ista dualitas sit dualitas.
iõ ipossibile est scire istã ois dualitas est par:
τ hec dualitas est dualitas. ignorãdo istã: hec
dualitas est par. dũmõ intellectus aduertat
ad bonitatẽ ɔ̃ñe τ nõ sit indispositus neq̃ȝ vo-
luntas cum diuertat. ¶ Ex quo sequit̃ q̃ mul
tum differt dicere oẽm dualitatem tu scis esse
parẽ: τ tu scis oẽm dualitatem esse parẽ: quia
prima est falsa. τ hoc loquẽdo de sciẽtia in par
ticulari. Sed scdã põt esse vera et est compo-
sita: τ est sensus. tu scis istam ppõnẽ q̃ omis
dualitas est par. τ illa est vera. Silr̃ dicatur
de istis. oẽm nũerũ turonoȝ i bursa platonis
existentium quilibet scit esse parem. Et quib:

liber scie oēm nūerū turonorū existiū in bursa platonis esse parē. Et hec de pmo articulo.

**Utrū hec scia sit de sillo demōstratiuo.**

¶ Quantū ad scōm dubitaṫ pmo utrū de sillo demōstratiuo sit hec scia tanq̄ de subiecto attributionis p demōstratione acq̄sita. Et videṫ q̄ nō: q: oīs scia acq̄riṫ p demōstratione: g̃ si de demōstratione siue de sillo demōstratiuo sit scia h̃ erit p demōstratione: ↄ tūc quereretur de illa demonstratione utrū sit scia. ¶ In oppositū arguiṫ p cōes expositores dicentes sillm demōstratiuū esse subm in hac scientia. Pro cui⁹ solutiōe supponiṫ pmo q̄ iste

**Titul⁹ libri posteriorū**

liber sic intitulaṫ. Iste est liber posterioꝝ analeticorū aristotelis. i. de posteriori resolutiōe scꝫ resolutiōe ꝯsñis. vnde resolutio ꝯñtis est qn̄ ostēditur q̄ premisse sunt vere ↄ principia ꝯclusionis. ¶ Supponiṫ scōo q̄ sillus demōstratiu⁹ dupl'r pōt capi. Uno mō p denoiato seu prime itentionalir. ↄ sic nō est subm huius scie. Alio modo capiṫ scōe intētionaliter

**Acceptiones silli demōstratiui**

vt est vnū intētionale seu scōa intentio attributa sillogismo demōstratiuo mentali vocali vel scripto. ↄ sic bñ est subm in hac scientia. cuius propria passio est generatiuū scie. ↄ de eius diffinitione postea videbitur. ¶ Supponitur tertio q̄ cuiuslibet scie duplex est subm: scꝫ totale qd̄ nihil aliō est q̄ cōclusio alicuius silli demonstratiui. aliud est partiale qd̄ nihil aliud est q̄ subiectū illius ꝯclusionis. Et hoc est qd̄ cōiter dr̄ q̄ duplex est scibile: scꝫ totale ↄ partiale. Totale est ipsa conclusio vel res significata per ipsam. Sed scibile partiale est subm illius cōclusiōis. ¶ Istis suppositis respondeo ad rōnem q̄ de demōstratione scōe itētionalir capta habeṫ scia tanq̄ de scibili remoto. ↄ hoc p demōstratione pme itētionalir captā de qua demōstratione pme intētionalir capta nō ē scia: cū sit quoddā aggregatū ex premissis mentalibus: vocalib⁹: vel scriptis.

**Duplex est subm cuiuslibet scie.**

**Duplex est scibile.**

**Dubiū de pcognitionib⁹ principiorum**

¶ Dubitatur secundo vtrum sint tm̄ due precognitiones pncipiorū materialiū ingredientiū demōstrationē. s. quid est ↄ q: est. ¶ Pro cuius solutione supponitur pmo q̄ p̄cognitio pōt capi dupl'r. Uno mō improprie: scꝫ p re p̄cognita: ↄ sic pmisse sillogismi demōstratiui dicūtur p̄cognitione. Alio mō capitur proprie ↄ hoc dupl'r. vno modo large p quacū q̄ notitia p̄uia req̄sita ad habēdā notitiā cōclusionis. siue hoc sit demonstratiue siue dialectice: ↄ sic nō capitur hic. Alio modo stricte: et sic non est aliud q̄ notitia itellectualis actualiter vel habitualir req̄sita ad habēdū sciētiā de aliqua cōclusione p demōstrationē: ↄ sic capitur hic. ↄ sunt due. s. quid est ↄ q: est. Et si q̄s dicat q̄d est ↄ quia est sunt q̄ōnes scibiles: vt videbitur in scōo huius: g̃ non sunt p̄cognitiones. Rñdeṫ q̄ duplex ē q: ē: q̄dā: est q: ē dignitatis vel subiecti: ↄ tale est p̄cognitio. aliō est: q: est cōclusionis: ↄ tale est questio. Etiam duplex est quid est: scꝫ quid nois: et q̄d rei. q̄d rei est questio. quid nois est precognitio. ↄ dico etiā q̄ q̄d rei est p̄cognitio ↄ q̄ nō est incōueniēs idē eē q̄stio ↄ p̄cognitio: sub alia tñ rōne.

**Acceptiones p̄cognitionis.**

**Quid est duplex est.**

**Quid est est duplex**

¶ Sed circa ista sunt aliq̄ pua dubia. Primū est. q̄d ē p̄cognoscere q: ē dignitatis. Ad qd̄ dr̄ q̄ q: ē dignitatꝫ nihil aliud est q̄ cognitio adhesiua maioris ↄ minoris alicui⁹ demōstrationis tanq̄ vere ↄ necessarie. ¶ Scōm dubium. vtrū de dignitate possit p̄supponi q̄d ē. Rñdeṫ q̄ de dignitate pōt p̄supponi q̄d nois i. q̄d p dignitatē significaṫ: sꝫ nō q̄d rei. vnde p̄cognitio q̄d nois dignitatis: non est aliō q̄ notitia p quā ego cognosco q̄d dignitates significent: vt notitia p quā ego cognosco q̄d significet oē aīal rōnale ē risibile vocareṫ precognitio q̄d nois dignitatis. Aduerte tñ q̄ dignitas pōt capi dupl'r. vno mō stricte ↄ pprie. Et sic pma pncipia vocantur dignitates: ↄ sic non capiṫ hic. Alio mō capiṫ large: ↄ sic dignitates vocantur pmisse silli demōstratiui: ↄ sic capiṫ hic. Tertiū dubiū. q̄d ē p̄cognoscere q̄d est subi ↄ quia est subi. dico q̄ q̄d ē subi est duplex. s. q̄d rei ↄ q̄d nois. q̄d rei est notitia per quā ego cognosco diffinitionē illi⁹ subiecti. Sed q̄d nois est notitia p quā ego cognosco q̄d significeṫ p nomen subi: sed q: est subi e st notitia p quā ego assentio isti ppōni subm natū est esse vel possibile est esse saltē in scientiis realibus. ¶ Aduerte tñ q̄ aliqñ q: est non p̄supponitur in demōstratione: ↄ hoc est qñ de subiecto demōstratur esse s'm adiacēs dicens aptitudinē. ¶ Aduerte finalr q̄ de passiōe p̄supponiṫ q̄d ois. vñ p̄cognitio q̄d nois passionis est notitia p quā ego cognosco q̄d significetur p nomē passionis. Ex oībus istis patꝫ q̄ q: est dr̄ vniuoce de q: est dignitatis ↄ subi: ↄ precognitio quid est dicitur equiuoce de p̄cognitione q̄d rei et quid nominis.

**Quid ē q: ē dignitatꝫ**

**Quid ē p̄cognitio nois dignitatis.**

**Dignitatis acceptiōes**

**Quid est subi est duplex**

**Quid est q: ē subi.**

**Quid ē p̄cognitio nominis passionis.**

¶ Dubitatur tertio vtrum maiore ↄ minore simul cognitis necesse sit simul t̄pe cognoscere cōclusionē. Pro cui⁹ solutione supponitur primo q̄ maior ↄ minor dupl'r p̄nt cognosci. vno mō seorsum ↄ diuisim inq̄tū sunt q̄dā enūciationes ↄ non s'm q̄ disponūtur in modo ↄ in figura: ↄ sic dico q̄ bñ p̄nt cognosci: nō cognita cōclusione. Alio mō p̄nt cognosci: vt sunt disposite in modo ↄ in figura. Et hoc dupliciter. vno mō cognitione apprehēsiua. ↄ sic dico q̄ nō ē icōueniēs pmissas sic cognoscere non cognita ꝯclusione. alio mō p̄nt cognosci cognitione adhesiua: ↄ sic dico q̄ maiore ↄ minore sic cognitis cū cognitiōe bonitatis ꝯñe simul t̄pe cognosciṫ ꝯclusio dūmō itellectus aduertat circa ꝯclusionē ↄ nō sit idispositus nec q̄ volūtas cū diuertat. Ex q̄ seq̄tur q̄ notitia adhesiua ꝯclusiōis nō solū depēdet seu cāṫur a notitia adhesiua pmissarū: sꝫ etiā a notitia adhesiua bonitatis ꝯñe. Seq̄tur scōo q̄ lꝫ simul t̄pe sic cognoscāṫ pmisse ↄ ꝯclusio. tñ prius natura cognoscūṫ pmisse ↄ bonitas ꝯñe q̄ cognoscaṫ ꝯclusio: q: notitia pmissaꝝ ↄ notitia bonitatis ꝯñe sūt cā prialr notitie ꝯclusiōis. mō cā semp p̄cedit natura suū effectū. ¶ Se-

**Dubiū de cognitione maioris et minoris**

quif tertio q intellectus simul & semel plura cognoscit diuersis etiã cognitiõib⁹. s. maiorẽ minorem bonitate ꝯsic & ipsam cõclusionem. Et hoc nõ ẽ inconueniẽs intellectũ simul multa cognoscere saltẽ q̃ habent ordinem adinuicẽ. de nõ habẽtibus ordinẽ dubitãt aliqui. dico tñ ꝓbabilr: vt al's videbif q intellect⁹ simul põt plura cognoscere etiã inordinata: vt legẽdo simul & semel cognoscit albedinẽ & nigredinẽ cũ sensus hoc cognoscat. nõ tñ dico ita distincte sicut si seorsum illa cognosceret. Dico vlterius q p vnũ actũ intelligẽdi cõparatiuũ possum simul plura cognoscere: vt p vnũ actũ intelligẽdi possum simul cognoscere premissas in ordine ad cõclusionẽ suam & etiam ipsam cõclusionem. & iste actus vocaf sapiẽtia de q̃ fuit dictũ satis alib. & hec de scdo articlo.

Conclusio respõdens ad ꝓdicta.

¶ Quãtum ad tertiũ sit cõclusio risa⸗lis. oĩs doctrina & oĩs disciplina intellectiua fit ex ꝓexisti cognitõe. s. ꝓmissaꝝ & hoc satis ꝓbatũ est in qõne. ¶ Ad rõnes ãn oppositũ. Ad primã dicẽdũ est q deueniẽdũ est ad noticiam sensitiuã exteriorẽ q̃ nõ ꝓsupponit aliã noticiã. ¶ Ad scdam dr̃ q nõ est sic de intellectu & de sensu. nã in cognoscẽdo intellectu presupponit sensum & nõ ecõtra. & vñ hoc venias videbif in libris de aĩa. ¶ Ad tertiam dr̃ q illa ꝓpõ ex ꝓprie nõ dicit circũstãtiã alicui⁹ cause respectu noticie intellectiue: q2 noticia intellectiua nõ causaf ex noticia sensitiua lz bñ ꝓsupponat eam. dico tñ hoc q ly ex in propositione aristotelis in qua dr̃. omnis doctrina &c. dicit circũstãtiam cause efficientis. Nã noticia cõclusionis causatur partialr a noticiis premissaꝝ. Ad quartã negatur q vna noticia incõpleta nõ possit causari ex alia. negatur etiam q noticia nõ possit causari nisi p discursum: vt videbif in primo phisicoꝝ. ¶ Ad quintã patet solutio ex dictis.

Scire autẽ opinamur vnũqdq3 simpliciter: sed nõ sophistico modo qd est ꝓm accidẽs cum causam arbitramur cognoscere ꝓpter quã res est: et qm̃ illius est cã & nõ est cõtingere hoc aliter se habere. Manifestũ igif est qm̃ huiusmõi aliqd scire scit.

Tota est pars executiua hui⁹ libri q̃ diuiditur in tres tractatus. In primo determinat de demõstratione: et diuiditur in duodecim capitula. In primo determinat de scire dicens.

Scire quõ diffinitur.

Scire aũt vnũquodq3 opinamur simplr & nõ sophistico modo: cũ cãm arbitramur cognoscere ꝓpter quã res est: et qm̃ illius est causa: et nõ est ꝯtingere hoc aliter se hr̃e. quã diffinitionẽ ꝓbat: q2 tam sciẽtes q̃ ignorãtes vtunf aliquo modo scire: et nõ nisi isto mõ: q2 sciẽtes et nõ sciẽtes nõ credũt se aliqd scire nisi cãm cognoscãt; et cũ cãm cognoscũt credunt se aliquid scire. Scda diffinitio scire. scire est p demõstrationẽ intelligere. ¶ In scda pte ponit duas diffinitiones demõstratiõis. quarũ prima dr̃ formalis sumpta a fine: et est hec. Demonstratio est sillogismus appoditic⁹. i. sillogism⁹ faciens scire. Scda diffinitio est materialis. Demõstratio est sillogismus ꝓcedẽs ex ꝓmis veris imediatis: priorib⁹ notiorib⁹ causisq3 cõclusiõis. Et dicit q ꝓdicte pticule nõ ꝯueniũt sillo demõstratiuo inqtũ sillo est: s3 inqtũ est demonstratiu⁹. Et q ꝓcedat ex veris ꝓbat: q2 ꝯclusio vera nõ scif nisi ex veris: s3 ꝯclusio demonstratiõis est va: ergo nõ scif nisi ex veris. minorẽ ꝓbat: q2 qd nõ est. i. qd nõ est verũ nõ ꝯtingit scire. Et q ꝓcedat ex ꝓmis. i. ex indemõstrabilib⁹ ꝓbat: q2 cõclusio nõ scitur nisi p demõstrationẽ. vel ergo ꝓmisse illius ꝯclusionis sunt indemõstrabiles vel nõ. si primũ: habetur intẽtũ. si nõ scitur ꝓcessus in infinitũ. qd ꝓcedat ex causis & imediatis ꝓbat. q2 idez est primũ & imediatũ: sed ꝓcedif ex ꝓmis: igitur de causis priorib⁹ notiorib⁹ ꝓbat p diffinitionẽ scire. Et subdit q aliqua dr̃ notiora dupliciter. vno modo simplr. alio mõ quo ad nos q̃ sunt ꝓpinquiora sensui: cuiusmõi sunt singularia. S3 illa sunt notiora simplr q̃ sunt remotiora a sensu cuiusmodi sunt vlia. Et q̃ infert q vle & singlare opponũf adinuicẽ. ¶ In tertia pte diffinit qdã ꝓncipia materialia demõstratiõis. & ꝓmo ponit octo diffinitiones. Quaꝝ prima est. ꝓpõ imediata ẽ qua non est altera prior. i. carẽs medio p qd possit ostẽdi. Scda ꝓpõ. est altera ps enũciationis enũcians vnũ de vno. Tertia ꝓpõ. dyalectica ẽ ꝓpõ indifferẽter capiẽs vtrãq3 ptẽ ꝯdictiõis hoc est ãbe ptes cõtradictionis sunt ꝓpões dyalectice: dũmõ non sint ĩpossibiles. Quarta propõ. demonstratiua est q̃ capit tñ vnã ptẽ contradictiõis. s. verã. Quinta. enũciatio est q̃ capit quãlibz ptẽ cõtradictiõis. i. quelibz pars ꝯdictionis est enũciatio siue sit possibilis siue ĩpossibilis. Sexta. contradictio est oppositio cui⁹ ꝓm se nõ est dare mediũ. Septima. affirmatio ẽ enũciatio alicui⁹ de aliq̃. Octaua. negatio est enunciatio alicui⁹ ab aliq̃. ¶ Deinde diuidit ꝓpõnẽ imediatã in positionem & dignitatẽ. positio est ꝓpõ quã nõ ꝯtingit demostrare saltẽ in illa scia in q̃ est positio & nõ est necesse quẽlibz edocẽdũ eã habere. Dignitas ẽ ꝓpõ quã nõ ꝯtingit demostrare & est necesse quẽlibet edocẽdũ eã habere. ¶ Deinde diuidit positionẽ dicẽs q positionũ quedã est suppositio & quedam est diffinitio. Suppositio ẽ enunciatio enuncians aliquid de aliquo affirmando vel negando. Sed diffinitio non affirmat neq3 negat aliquid de aliquo. In quarta parte infert tria correlaria. Primũ. in omi demonstratione principia sunt magis nota q̃ cõclusio: quia ꝓpter vnũqdq3 tale & illud magis: sed conclusio scitur ꝓpter ꝓncipia: ergo principia sunt magis nota. ¶ Secundum correlarium est. necesse est magis credere pre-

Duplex est demonstrationis diffinitio.

Aliq̃ dr̃ duplr notiora

Octo diffinitiões ꝓncipioꝝ materialium.

Propõnis imediate diuisio.

Positionis diuisio.

Tria correlaria.

missis ꝙ ꝯclusiōi: qꝛ necesse ē magis scire pncipia ꝙ ꝯclonē. Tertium correl'm. nihil dꝫ eē magis notū capiendi sciam p demōstrationē ꝙ opposita pncipioꝝ eē falsa: qꝛ q̇ dubitat de falsitate vni⁹ oppositoꝝ dꝫ dubitare de vitate alterius. ſꝫ nulli⁹ dꝫ dubitare de vitate pncipioꝝ: igiẗ nullus debꝫ dubitare de falsitate suoꝝ oppositorum.

¶ Quibusdā autem ꝓpter id ꝙ oportet prima scire non videẗ sciencia esse. ¶ Quibusdam autem est quidē omniū tū demōstratiōes esse. quorum neutrū neqꝫ verum neqꝫ necessarium est.

*Antiquoꝝ errores.*
¶ Istō est scōm capl'm in quo ponit duos errores antiquoꝝ. Prim⁹ est. pncipioꝝ est scia. scōs error est. ꝙ pncipioꝝ est scia p demōstrationē.

*Rō pmi erroris.*
rō pmi erroris fuit: qꝛ si sciaẗ aliqua cōclusio opꝫ ꝙ sciaẗ p aliq̄ pncipia. ⁊ sic opꝫ ista pncipia eē scita: aut eēt ꝓcessus in infinitum

*Scōi erroris rō.*
qō nō ē dicēdum. rō scōi erroris fuit: qꝛ sicut cōclusio sciẗ p pncipia: ita pncipia p cōclusionē.

*Predictoꝝ erroꝝ reprobatio.*
¶ Deinde reprobat dictos errores ponendo duas cōclusiões. Quaꝝ prima est. aliq̄ sciūtur sine demōstratione: qꝛ pmoꝝ pncipioꝝ demōstrationis nō est demōstratio. ⁊ tñ ipa sciūtur sine demōstratione. Principia em̄ cognoscimus inq̄tū terminos cognoscimus. Scōa

*Rōnes ꝓbātes ipossibile ēē demōstrare circulariter.*
cōclusio. impossibile est demōstrare circulariter. qō ꝓbat tribus rōnibus. Prima. quia demōstratio ꝓcedit ex notioribus: ſꝫ impossibile est aliq̇d eē prius ⁊ notius seipo. qō tñ ꝯtingeret si demōstrareẗ circulariter. Scōa rō. in demōstratiōe circulari fit regressus sup alterum principioꝝ. ſꝫ cōclusio nō hꝫ vim demonstrādi nisi fm ꝙ ē demōstrata p tale pncipiū: igiẗ tale pncipiū equiualēter demōstraretur p seipm qō est impossibile. Tertia ratio. demōstratio circularis nō hꝫ fieri nisi in his q̄ conuertūtur: vt dictū est in scōo prioꝝ. ſꝫ talia sunt pauca ⁊ ꝓpter talia nō est fienda demonstratio.

*Auctoritas*
Ex quo passu eliciẗ hec auctoritas. propter pauca nō est ponēdum vnū genus demōstrationis. Finaliter remouet vnū dubiū: qm̄ dictū est ꝙ demōstratio circularis fit i terminis cōuertibilibus: crederet aliquis ꝙ ex vno posset sequi cōclusio. hoc remouet dicens ꝙ ex vno nihil sequitur supple sillogistice.

*Utrū scire ⁊ demōstrationis diffinitiões sufficiēter assignentur.*
Ueritur vtrū diffinitiones scire ⁊ demōstratōis sint a phīs sufficiēter assignate. ¶ Arguiẗ pmo ꝙ nō: qꝛ si sic sciq̄reẗ ꝙ demōstratio qꝛ est faceret scire: ſꝫ ꝯñs est falsum: igiẗ. Minor pꝫ: qꝛ ois demōstratio est sill'us faciēs scire: ſꝫ demōstratio est demonstratio: ergo facit scire. ¶ Scōo sic arguiẗ. qꝛ sciq̄reẗ ꝙ de nō habētib⁹ causas nō haberem⁹ sciētiā: ſꝫ [illegible] est falsū: qꝛ de deo possimus hr̄e sciētiā. et tñ de⁹ nō hꝫ causas: igiẗ. ¶ Tertio sic. nostrū scire fit magis p nota nobis: ſꝫ causa est min⁹ nota nobis ꝙ sit effect⁹: qꝛ est minus sensibilis: igiẗ nostrū scire nō dꝫ esse p causas. ¶ Quarto sic. scire nō est effect⁹ demōstrationis: ḡ demōstratio nō est sill's faciens scire. añs ꝓbaẗ: qꝛ scire est cā demōstrationis: igiẗ nō est effect⁹ ei⁹. Itē scire causaẗ ab obiecto ⁊ potētia: ḡ nō est effect⁹ demōstrationis. ¶ Quinto sic. diffinitio demōstratiōis nō cōuenit oī demōstrationi: ergo nō est bene posita. añs patet: qꝛ nō cōuenit demōstrationi ad impossibile: cū ista nō ꝓcedat ex veris: sed semp ex aliquo falso. etiā multe demōstratōes nō ꝓcedūt ex pmis: vt pꝫ de demōstrationib⁹ q̄ ꝓcedunt p effect⁹. ¶ In oppositū ar. auctoritate phī i textu. In q̄one erūt tres articuli.

*Scire quot modis capitur.*
¶ Quantū ad primū sciendū est primo ꝙ scire capiẗ quattuor modis. Uno mō prout idē est ꝙ assentire alicui ꝓpositioni vere: siue illa sit cōtingēs: vt in pluribus: siue i paucioꝛibus: siue ad vtrūlibet: quēadmodū esset assensus huius ꝓpositionis: ois mater diligit filiū suū. Scōo mō vt idē est ꝙ assentire alicui propositioni vere ⁊ necessarie: siue sit p demōstrationē siue nō. ⁊ hoc mō capit scire phs in textū: cū dicit ꝙ necesse est magis scire pmissas ꝙ cōclusionē. Tertio modo capiẗ scire vt idē est ꝙ assentire alicui ꝓpōni vere ⁊ necessarie: dūmodo fiat p demōstrationē: siue hoc sit per demōstrationē ꝓpter q̇d: siue qꝛ est. ⁊ hoc mō capit scire phs in textu cū dicit ꝙ scire est p demōstrationē intelligere. Quarto mō sumiẗ ꝓprijssime: vt idē est ꝙ assentire alicui ꝓpōni vere ⁊ necessarie. ⁊ hoc p demōstrationē ꝓpt quid. ⁊ sic capitur scire in pma eius diffinitione.

*Quid req̇ritur ad h ꝙ de aliq̇ habeamus sciētiam.*
¶ Suppōiẗ scōo ꝙ quattuor cōditiones req̇rūtur ad hoc ꝙ de aliquo habeam⁹ sciam. q̄ fuerūt vise in ꝓemio huius libri. Et ex illis quattuor conditionib⁹ eliciẗ diffinitio ꝓpōnis scibilis: q̄ est hec. ꝓpō scibilis est ꝓpō necessaria dubitabilis nata fieri euidēs p ꝓpōnes necessarias ⁊ euidētes ad ipam applicatas p discursum sillogisticū.

*Propōnis scibilis diffinitio.*

*Quotuplex ē scire*
¶ Suppōiẗ tertio ꝙ scire est duplex. s. p se ⁊ p accidēs. Scire p se ē scire aliq̇d ex ꝓpōnib⁹ p se: vt scire istā. ois hō ē risibilis. ex istis. oē aīal rōnale ē risibile: ois hō est aīal rōnale: ḡ ois hō ē risibilis. Sed scire p accñs ē scire aliq̇d ex ꝓpōnibus p accñs: vt sic arguēdo edificator edificat: edificator ē alb⁹: ḡ album edificat. Et ad istud reduciẗ scire sophisticū qō ē scire ꝯclusionē silli sophistici: vt sic arguēdo. edificator p se edificat: edificator ē alb⁹: ḡ albū p se edificat. ⁊ istud scire sophisticū non est scire.

*Quō intelligitur ꝙ demōstratio facit scire.*
¶ Sciendum est scōo ꝙ quādo diciẗ ꝙ demōstratio facit scire ibi capiẗ demōstratio ꝓ pmissis tm̄: ⁊ nō ꝓ aggregato ex pmissis et ꝯclusione: quia sic non facit scire. ¶ Supponitur scōo ꝙ pma diffinitio demōstratiōis datur tā de demōstratiōe ꝓpt q̇d ꝙ qꝛ est. Et dicitur formalis: nō qꝛ detur p causam formalē vl' p formā sillogismi demōstratiui q̄ sunt modus ⁊ figura. Sed qꝛ datur p finem qui redu

citur ad cām formalē. vñ facere scire dr̄ finis demōstrationis. Sed scd̄a diffinitio dat solū de demonstratione pp̄ter qd. ⁊ dr̄ materialis qr dat p illa que sequūt materiā. s. premissas ⁊ terminos sicut est veritas immediatio ⁊ necessitas.

Quot sunt principia in q̄libet demonstratione.

¶ Supponit tertio q̄ in qualibet demōstratione duplicia sunt principia: quedā sunt incōplexa: ⁊ sic sunt subiectū ei⁹: diffinitio ei⁹: ⁊ ei⁹ passio. sꝫ principia complexa sunt premisse ꝯstitute ex illis terminis: ⁊ illa vocāt etiā p̄ncipia in aliqua scīa: ita q̄ cū q̄rit de p̄ncipijs scīe q̄rit de illis incōplexis vel ꝯplexis.

Quod modis intelligitur demonstrationē pcedere ex causis

¶ Supponit quarto q̄ demōstrationē pcedere ex causis pōt intelligi dupliciter. vno mō: qr pcedit ex premissis: quarū noticia est causa noticie conclusionis ⁊ sic quelibet demonstratio dicitur pcedere ex causis. Et sic pp̄rie intelligitur illud dictū in quo dicitur q̄ premisse sunt cā conclusionis: id est noticia p̄missarū ex causa noticie conclusionis. Alio modo dr̄ pcedere ex causis: qr procedit ex premissis vel medio quorū res significata sunt cā rerū significatarū p conclusionem. Et sic sola demōstratio pp̄ter quid dr̄ procedere per causas.

Quot mōis aliqua dicūtur p̄mo nota.

¶ Sciendū est tertio q̄ circa textū incidunt aliq̄ difficultates. Prima. vtrū nō ens seu qd̄ nō est possit sciri. Pro cui⁹ declaratiōe supponit p̄mo q̄ aliq̄ dñr dupl'r p̄imo nota. Uno mō nature. Alio mō nobis. vñ illa sunt primo nota nature q̄ sunt priora inesse cmōi sunt cause q̄ pri⁹ sunt inesse suis effectib⁹. Et illa sunt nobis p̄mo nota q̄ sunt mag' sensibilia vl' facili⁹ deducibilia ex sēsibilib⁹. Ex q̄ seq̄tur q̄ aliq̄ pñt eē pri⁹ nota nature ⁊ nobis vt q̄n cause sūt sensibiliores suis effectib⁹.

Acceptiones demonstrationis.

¶ Dubitatur scdō vtrū ista sit cōcedēda: sortes est equū non currere. z videt q̄ sic: q: bene sequit sortes est z sortes nō est equuz currere: ḡ sortes est equū nō currere. ɔña pz a negatiua de predicato finito ad affirmatiuā de predicato infinito. Itē bene sequit: sortes est nullū equū currere: ḡ sortes est oēm equū nō currere. p legem equipollentiarum. Et vltra bene sequit sortes est oēm equū nō currere: ḡ sortes est equum nō currere. tenet ɔña a dicto vli ad dictū pticulare vel indefinitū. In oppositū ar: q: sortes nō est equ⁹ nō currēs: ḡ nō est equū nō currere. ¶ Pro solutione suppōit q̄ ly equū nō currere pōt capi duplr. vno mō materialr. z h̄ duplr. vno mō p ipa orōne z q̄libet sibi simili. alio mō p ista ppōne equ⁹ nō currit. z q̄litercūq: capiat ppō ē falsa. alio mō capit psōalr p ista orōne equ⁹ nō currēs. z sic etiā ppō est falsa: q: sensus est sortes est equ⁹ nō currēs. z illa est falsa. Uñ ad rōnes. Ad p̄mā dr q̄ non bene arguit: q: totū predicatuz nō infinitat. Ad scdam dr q̄ ista est falsa: sortes est nullū equū currere. z etiam ista: sortes est oēz equū nō currere. z p ɔñs ista. sortes est equum non currere. Dico vlteri⁹ q̄ ad dictuz vle non sequitur dictum particulare.

An ista sit concedēda sortes est equum non currere

Equum non currere quot modis capitur.

Dubitationis p̄dicte solutio.

¶ Dubitat tertio vtrū termin⁹ equiuocus in aliqua ppōne possit distribui p quolibet suo significato. ¶ Et arguit p̄mo q̄ sic. q: termin⁹ equoc⁹ idifferēter accipit siue sigt sua significata: igr pōt distribui p quolibet suo significato. ɔña pz: q: talis terminus pōt accipi cū signo vli. vno mō videt quare tale signū faciat illū terminū accipi p oib⁹ suis significatis. ¶ Scdo sic. in ista ppōne ois canis est latrabilis. ibi ly canis distribuit p suis significatis: igr. ¶ In oppositū arguit: q: tūc seqret q̄ ois ppō in qua sic sumeret termin⁹ equoc⁹ equoce tentus esset ppō vna: q: q̄libz talis equalerct ppōni copulatiue. ¶ Pro solutione supponit q̄ ppō pōt capi duplr. vno mō stricte p ppōe vna: z sic ibi nō est ppō. canis ē substātia. cū nō sit ppō vna. alio mō capit large p ol orōne q̄ hz modū ppōnis. z sic dr q̄ ista orō canis est suba est ppō z bene distinguenda. ¶ Supponit scdō q̄ titul⁹ dubij hz duplicē sensum. vnus est, vtrū termin⁹ equiuocus in ppōe cathegorica vnica distributione possit distribui p q̄libet suo significato: vt in ista: ois canis est suba. Scdo sensus ē vtrū terin⁹ equoc⁹ i ppōe hypothetica plib⁹ distributōib⁹ possit distribui p q̄ libz suo sigto: vt in ista copulatiua ois canis est latrabilis. z ois canis est syd⁹ celeste: z ois canis ē belua marina. ¶ Istis suppositis pōit talis ɔclusio. impossibile est terīz equocū equoce tētū in ppōne cathegorica vnica distributōe distribui p olb⁹ suis sigtis: q: tūc null⁹ tal' posset restrigi neq: tal' ppō ē distiguēda: sz i ppōe hypothetica diuersis distributōib⁹ possz distribui vt pz p exēplū. Et si q̄s dicat terin⁹ equoc⁹ a ɔsilio

Alia difficultas de distributione termini equiuoci

Propōnis acceptiones.

Sensus predicti dubij.

Cōclusio de predictis.

ꝑt distribui i ꝓpõe cathegorica: ꝗ etiã terin⁹ ꝛ equocus a casu. Rñdet ꝙ nõ ẽ sile: qꝛ nulla ꝓpõ i qua ponit termin⁹ equocus a consilio est distinguẽda: qꝛ talis termin⁹ ponit sine deter minatõe: ꝛ sic accipit ꝓ significato pricipalio ri vel cũ deteriatiõe: ꝛ hoc dupl'r. vel cũ de terminatiõe distrahẽte: ꝛ sic capit ꝓ sigto mi nus pricipali: vel cũ aliq̃ alia: ꝛ sic capit ꝓ si gnificato pricipaliori. nã analogũ ꝑ se positũ i. sine determiatiõe distrahẽte stat ꝓ famosio ri significato. ¶ Et hec de scdo articulo.

Cõclusio de fallacia cõpositiõis diuisiõis accentus et figure dictionis.

¶ Quãtũ ad tertiũ sit cõclusio respõsalis. fallacia cõpositionis diuisiõis accẽtus ꝛ figure dictionis sunt sufficiẽter assignate ꝛ sunt a seinuicẽ distincte: vt satis pꝫ in textu. ¶ Ad ratiões. Ad pria3 pꝫ solutio. Ad scdaꝫ dr ꝙ nõ est incõueniens eũdeꝫ paralogismuꝫ fieri ꝺm diuersas causas apparẽtie: ꝛ ꝺm hoc fieri ꝺm diuersas fallacias. ¶ Ad tertiam dr negãdo ꝯñam: qꝛ ibi non capit dictio stricte: sed vt se extẽdit ad scripturas. Ad q̃rtã dicit. ꝙ lꝫ fallacia figure dictionis non fiat ex eo ꝙ eisdẽ noib⁹ vel orõnib⁹ plura significamus in veritate: tñ bene ꝺm apparentiã. Ad quintã pꝫ quid sit dicendũ de tali paralogismo.

¶ Litigiosus auteꝫ qui quodãmodo sic se habet ad dyalecticam vt falsigraphus ad geometriam. nam ex eisdem dyalectice paralogisat velut ꝛ falsigraphus geometrice.

Silloꝝ aliquoꝝ adinuiceꝫ ꝯparatio Sill'i litigiosi diuisiones.

Iste est terti⁹ tractat⁹ hui⁹ libri q̃ ꝯtinet vnicũ capꝫ in quo ꝯparat aliquos sill'os adinuicẽ. Et ponit q̃nq3 cõclusiões. Pria. sillogismoꝝ litigiosoꝝ quidam est peccãs in materia: ꝛ quidã in forma simul. Et subdit ꝙ sill's tẽtatiuus est sophisticus: qꝛ quicũq3 silli vident esse ꝺm ꝓpria pricipia artiũ specialiũ: ꝛ tamẽ nõ sunt semper: sunt silli sophistici: sed sill's tẽtatiuus est hmõi: igitur. ¶ Scda ꝯclusio. sillũ falligraphi nõ sũt sophistici: qꝛ illi silli qui procedũt ex ꝓprijs principijs sciaꝝ specialiũ nõ sunt litigiosi: ſꝫ silli falsigraphi sunt hmõi: igit. minorẽ ꝓbat ꝑ duo exẽpla. Primũ ẽ hypocratis q̃ voluit ꝓbare circulũ posse q̃drari: vt oẽs linee ducte ab eodẽ pũcto ad idẽ pũctũ sũt eq̃les: ſꝫ q̃rta ꝑs circuli ꝛ q̃rta ꝑs q̃drati sũt hmõi: igit illa argumẽtatio ꝓcedit ex principijs geometrie male tñ itellectis: qꝛ maior dꝫ itelligi de lineis ductis ꝑ idẽ pũctũ Scdm exẽplũ est exemplũ brissonis sic dicẽtes. vbicũq3 ẽ reꝑire mai⁹ ꝛ minus ibi est reꝑire eq̃le: ſꝫ ẽ reꝑire q̃dratũ mai⁹ circulo: ꝛ q̃dratũ min⁹ circulo: ꝗ ẽ ibi reꝑire quadratũ eq̃le circulo. ecce quõ maior male itelligit: qꝛ dꝫ intelligi in illis q̃ sunt eiusdẽ rõnis. ¶ Tertia ꝯclusio. idẽ est sill's sophisticus ꝛ litigiosus: sub alia tñ ꝛ alia rõne. dicit cñ litigiosus inq̃ꝫtum finis ei⁹ est apparens victoria. ꝛ dr sophistic⁹ inq̃ꝫtũ finis ei⁹ est apparẽs gloria. ¶ Quarta ꝯclusio. sill's litigiosus sic se habet ad dyaleticũ sicut falsigraph⁹ ad demonstratiuũ: qꝛ litigiosus paralogisat ex pricipijs dyalectice: sed falsigraphus ex pricipijs demõstratiue. Ex quo infert dñam illoꝝ: qꝛ falsigraphus nõ ꝑt applicari ad plures artes cũ sit ex proprijs principijs alicui⁹ artis: sed litigiosus bene põt applicari ad plures artes.

Predictorum sill'orum diña.

¶ Quinta ꝯclusio. quattuor sunt cõditiones dyalectice. Prima. dyalectica nõ est alicui⁹ generis determinati. Scda. nullius cõclusionis est ostensiua. Tertia. ꝙ nõ est talis qualis est scia vniuersalis. s. methaphisica. Quarta. ꝙ ipsa est interrogatiua. Et subdit ꝙ tales cõditiones ꝑñt cõuenire tẽtatiue: qꝛ multis non habentib⁹ artes speciales conuenit tẽtatiua: vt pꝫ de ydiota. Ex quo infert ꝙ oẽs scientes ꝛ ydiote possunt vti dyalectica: qꝛ omnes vtẽtes sermone nitunt diiudicare ꝛ cognoscere q̃d verum ꝛ q̃d falsum: ꝛ etiã ydiote.

Quot sũt cõditiões dyalectice.

¶ Falsum autem in aliquo est ostendere et orationem ad inopinabile ducere. hoc autem fuit ꝺm propositũ sophistice voluntatis.

Cautele ad ducendum aliquem ad methã falsi.

Iste est vltim⁹ tractatus qui diuidit in quattuor capitula. In ꝑmo vult ostẽdere de cautelis. Et ꝑmo ponit quinq3 cautelas ad ducẽduꝫ aliquẽ ad metham falsi. Prima. ꝙ opponẽs debet latenter interrogare suũ rñdentẽ. Scda. ꝙ opponẽs dꝫ multa interrogare: qꝛ i multiloquio non deest pctm̃. Tertia. ꝙ opponens debet laudare solutiones respondẽtis. Quarta. opponẽs debet se transferre ad materiã in qua est ydoneus. Quinta. opponens debet dicere respõdenti ꝙ non disputat contra ipm̃ vt ducat ipsum ad falsum. ¶ Consequẽter ponit cautelas per quas opponẽs ducit respõdentem ad metham inopinabilis: et sunt quinq3. Pria. ꝙ opponens debet videre de qua secta sit respondẽs: et contra ipsum allegare opinionẽ pluriũ. Scda. opponens debet videre ad cõtrarietatẽ que est in voluntatibus ꝛ dictis. Non eñ eadem volunt ꝛ dicũt homines. dicunt eñ quasdã decoratissimas orationes: ꝛ volũt ea que vident sibi prodesse: vt voluptuose viuere. Tertia. si respõdens dicat aliq̃d ꝺm naturam: tunc ducendus est ad contrarietatem que est ꝺm legem: vt iusticia ẽ bona ꝺm legem non tamẽ ꝺm naturã. Quarta. opponens debet considerare contrarietatem que est inter plures ꝛ sapientes. sapiẽtes enim dicunt magis esse obediẽdũ legibus q̃ꝫ patri. Dicũt etiam ꝙ melius est iniuriã pati q̃ꝫ alteri nocere. Quinta. opponens debet interrogare ea que habent vtraq3 partem probabilem: vtrum sit magis obediendũ deo q̃ꝫ legibus si dissentiant.

Cautele opponẽtis.

¶ De facere autẽ nugari ꝛ q̃d dicim⁹ nugari iam mõstrauim⁹. oẽs auteꝫ

hmōi orones volunt hoc facere: si nihil differat nomē vel orationē dicere.

Modus ducēdi aliquē ad metham nugatōis

¶ Istud est scōm capitulum in quo ostendit quō aliqs ducit ad methā nugatōis. ꝛ primo quō ducit ꝑc. scōo quō ducit apparēter. Premitit q̄ talē supponē. opponēs sophista volēs ducere respōdentē ad methā nugationis debet supponere ꝙ nomē in oratiōe semꝑ idem significat. ꝛ dat exēpla.

Exempla de eodem

Primū ē de duplo. duplum em̄ ꝑ suppositionē factā idē significat ꝑ se sūptū ꝛ in oratione: sed ꝑ se tātū valet sicut duplū dimidij: ḡ et in oratiōe cū illo termino dimidij dicēdo duplū dimidij: ꝛ tūc est nugatio: q2 sēsus ē: duplū dimidij: dimidij duplū. Scōm exemplū est de subo ꝛ propria passione: vt abūdās ꝑ se sūptū tātū valet sicut nūerus hñs mediū. ideo si dicatur: quaternari⁹ ē numerus abūdās: erit nugatio. cū sit sensus: quaternarius est numer⁹: numer⁹ habēs mediū. ¶ Cōsequēter ostēdit quō aliquis apparenter ducitur ad metham nugationis. nam si cōcedatur suppositio prius dicta: tunc non concludutur nugatio nisi apparenter.

¶ Soloecismus autē quale quid est dictum est prius. est autem hoc facere: et non facientem videri: et facientem non videri: quemadmodum cecilianus dicit si ficus secunde declinationis est.

Modus ducendi ad soloecismi metham.

¶ Istud est tertium caplm in quo docet ducere respondentē ad methā soloecismi: ꝛ dicit ꝙ soloecismoꝝ quidā sunt veri ꝛ qdā apparētes. De apparētibus dat duo exēpla. Primū. cecilianus dicit ficus esse scōe declinationis ꝛ masculini generis: ideo si qs diceret ficus maturas: apparēter duceret ad soloecismum.

Diuisio soloecismorum.

Et ponit duas cautelas.

Cautela de eodem

Prima. maxime possumus ducere respōdentem ad soloecismū vtēdo neutro genere pro masculino: q2 neutrum in aliqbus hꝫ cōuenientiam cum masculino. Scōa. opponēs aliquādo oꝫ mutare locutionem: vt istā lapis est in istā: lapidē esse.

¶ Differt autem nō parum si ordinētur quodāmodo ea que circa interrogationem sunt vt lateant respondentes velut in dyalecticis.

Alie cautele ducētes ad redargutionem.

¶ Istud ē vltimū caplm in quo ponit cautelas ducētes ad redargutionē: ꝛ diuidit .i. tres ptes. In pria dat q̄sdā cautelas ꝯtra quēlibꝫ respondētē. Prima. ꝙ opponēs debꝫ ponere suas premissas sine ordine: vt respōdens credat ꝙ ex ipsis nihil possit ꝯcludi. Scōa. opponēs oꝫ interrogare multa: q2 difficile ē sil' multa ꝯspicere. Tertia. opponēs oꝫ festinare suū rñdentē. Quarta. opponēs oꝫ turbare suū rñdentē ꝛ facere ipm iratū. cōturbati em̄ ꝛ irati min⁹ deꝑitate sentiūt. Quinta. opponens oꝫ occultare suū ꝓpositū. ¶ In scōa pte ponit cautelas ꝯtra respōdētes proteruos.

Alie cautele cōtra

Prima. si opponēs velit habere ꝓpositionē affirmatiuam ipse debet iterrogare negatiuam ꝛ ecōtra.

proteruos rñdētes.

Scōa. si respōdens concesserit plures singulares vnius vniuersalis: tūc opponēs contra eum debet inferre vniuersalem: ac si oēs singulares concessisset. Tertia. si velimus aliquam propositionē cōcedi a rñdente nos debemus eam interrogare cū sua contraria: qa falsitas sue contrarie facit ipam videri probabiliorē. ex quo habetur ista auctoritas. Opposita iuxta se posita magis elucescūt.

Alie cautele cōtra fatuos respōdētes

¶ Deinde dat duas cautelas contra respondentes fatuos. prima. si respōdens concesserit aliqđ improbabile oportet laudare suam cōclusionem. scōa. opꝫ inspicere si dixerit aliqua contraria.

Alie cautele cōtra rñdentes subtiles.

¶ In tertia parte ponit quinqꝫ cautelas contra respōdentes subtiles. Prima opponens. debet sibi dare aliquod multiplex: ꝛ semꝑ in alio sensu capere q̄ꝫ respōdēs. Scōa. si opponens videat solutionem respōdentis opꝫ ꝙ nō instet contra eū ne respōdens det illam solutionē. Tertia. ꝙ opponēs se transferat ad ꝓpositū in quo possit arguere sicut fecit lycofron qui cū nesciret nisi tangere lirā et ꝓponeretur sibi aliud instrumentum semꝑ extollebat liram īter omnia alia instrumēta. Quarta. si respondens querat ab opponente quā ꝯclusionē vult inferre debet eam tacere. Quinta. non oportet interrogare cōclusionē neqꝫ premissas: sed opꝫ vti eis tanq̄ꝫ ꝯcessis.

Utrū ois sillus sophisticus sit bonus

Querit vtrū ois sillogism⁹ sophistic⁹ sit bonus sillogism⁹. Arguitur primo qđ sillogism⁹ peccās in materia nō sit bon⁹ sillogism⁹: q2 in oī sillogismo oꝫ cōclusionē sequi ꝓpter premissas: sed in sillogismo peccāte in materia ꝯclusio non sequit ꝓpter premissas cum premisse sint false: igit. ¶ Scōo. sillogism⁹ peccans in materia non ē argumētatio: ergo nō ē sills. añs ptꝫ: q2 sillogismus peccās in materia non facit fidē de re dubia cū ꝓcedat ex falsis: ꝛ falsū de nullo facit fidem. ¶ Tertio sic. sillus peccās in materia deficit etiā in forma: igit nō est bon⁹ sills. añs ptꝫ: q2 materia sillogismi sunt due ꝓpōes ꝛ tres termini. mō si aliquis sills in hoc deficiat nō est bon⁹. ¶ Quarto sic. omnis sills ē bon⁹ī quo seruatur natura sillogismi simplr: sed in sillogismo peccāte ī forma seruat natura sillogismi simplr: igit. minor ptꝫ: q2 natura diuisi debet seruari in vnoquoqꝫ diuidētiū. ¶ Quito sic. paralogismi peccātes penes fallaciam petitionis principij sunt boni sillogismi simpliciter. ꝛ tamē illi peccāt in forma: q2 peccant in veritate ꝛ ꝓbatiōe que sunt forma propositionis ꝛ sillogismi: igit. ¶ In opposi tū est phus in textu. In questione erunt tres articuli. Quantum ad primum

Sills sophisticus quot modis capit.

¶ Sciendū est primo ꝙ sillogismus sophisticus pt capi dupl'r. vno mō vt sophisticus idē ē ꝙ apparēs tal' q̄lis nō est. ꝛ sic vō b' dr

sillus sophistic⁹ q̄ apparet aliqd pbare ⁊ non pbat. alio mō vt idē est ꝙ apparēs esse bon⁹ ⁊ nō est. ⁊ ꝭm h̄ sillus sophistic⁹ q̄ videt̄ inferre ꝯclōnē quā tñ nō infert d̄r sophistic⁹. ¶ Et adverte ꝙ sicut habet̄ i textu triplex est sills sophistic⁹. s. peccās in materia peccans in forma: peccās in materia ⁊ forma simul. Et ñ materia in ꝓposito capit̄ dupl̄r. vno mō vt iam alīs visum est ꝑ trib⁹ terminis ⁊ duab⁹ ꝓpōnib⁹. ⁊ sic dico ꝙ sills peccās in materia illo mō nō est bon⁹ sills. alio mō capit̄ ꝑ ꝯditiōe materie. s. pbabilitate: v̄itate: ⁊ necessitate: sic videl3 ꝙ ille sillus d̄r peccare in materia q̄ peccat improbabilitate. i. cuius p̄misse non sunt pbatiue ꝯclusionis. S3 ꝑ formā m ꝓposito nos intelligim⁹ modū ⁊ figurā: sic videl3 ꝙ ille sills q̄ nō est dispositᵘ in mō ⁊ in figura d̄r peccare in forma: ⁊ talis nō est sills. Ex q̄ sequit̄ ꝙ diuisio silli in sillm peccātē in materia ⁊ forma est diuisio equiuoci vt alīs diuisio est. ¶ Et adverte ꝙ sicut sills h3 illā materiā ⁊ formā: ita etiā dictio. vñ materia dictionis sunt lr̄e ⁊ syllabe: s3 forma dictiōis d̄r modus pferendi. Ex q̄ sequit̄ ꝙ identitas lr̄arū syllabaꝝ ⁊ dictionū nō facit orōnē eē vnā formal̄r: s3 materiāl̄r. s3 modus proferendi facit orōnes esse vnā formal̄r. Ex quo p3 ꝙ orōnes que habent aliū ⁊ alium ⁊ alium modū pferendi sunt diuerse: sicut sunt oro cōposita ⁊ diuisa. alīs eadē oro esset simul vera ⁊ falsa.

**Quotti plex est sillogismus sophisticus**

**Quid est sillogismus sophisticus peccans in forma.**

**Utrum sillogismus peccans in materia sit bonus**

¶ Scēdū est sc̄do ꝙ ꝑ ampliori declaratōe qōnis mouet̄ talis difficultas. vtꝝ sills peccās in materia sit bon⁹ sills dyaletic⁹ aut demōstratiu⁹. ¶ Ad quā r̄idet̄ breuiter ꝙ nec est sills dyalectic⁹ neqꝫ demōstratiu⁹: q2 ois sills dyaletic⁹ aut demōstratiu⁹ d3 esse pbatiuus sue ꝯclusionis: sed sic nō est de sillo peccāte in materia: igit̄. l3 tñ possit esse bon⁹ sillus simpl̄r. dicit̄ vltra ꝙ si talis sills videat̄ pbare ꝯclusionē quē nō pbat tūc pcc :at ꝯtra sillm dyalecticum ⁊ etiam demonstratiuu: sed si videat̄ procedere ex necessarijs et ꝭm ip̄m peccat ꝓprie ꝯ sillm demōstratiuū non tamen ops ꝙ q̄libet sills peccās in materia siue pcedēs ex falsis peccet ꝯtra sillm dyalecticū vel ꝙ sit sills sophistic⁹: vt p3 de sillo q̄ procedit ex manifeste falsis: in quo nulla est cā apparētie probabilitatis. nō ops etiā q̄uclibet sillm sophisticū peccantē in materia procedere ex falsis: s3 sufficit ꝙ procedat ex p̄missis q̄ videntur probare ꝯclusionē quam non probant.

**Quid ꝑ deceptionem intelligit.**

**Quid est deceptio.**

¶ Sciendū est tertio ꝙ cū q̄libet fallacia sit deceptio q̄reret aliqs qd intelligēdu3 est ꝑ deceptōē. ¶ R̄ndet̄ ꝙ deceptio ē assensus alicui⁹ falsi: vel dissensus alicui⁹ veri. Ex q̄ sequit̄ ꝙ cōtingit aliquē decipi dupl̄r. vno mō assētiēdo falso. sc̄do assētiēdo vero. ¶ S3 quereret aliqs vtꝝ talis assensus sit assensus ꝯclusionis vel p̄missaꝝ. ⁊ arguit̄ ꝙ sit ꝯclusionis. nam fallacia d3 esse assensus illius a q̄ locus sophisticus denominatur: sed denominatur a conclusione et nō a p̄missis: igitur.

¶ S3 in oppositū arguit̄. nā alicui⁹ argumentatiōis sophistice ꝯclusio est necessaria: ergo assensus ei⁹ nō est deceptio: q2 nullus decipit̄ assentiendo vero ⁊ necessario. añs p3 de orōne peccante penes fallaciā ignorātie elenchi cui⁹ ꝯclusio vt plurimū est necessaria. R̄ndet̄ breuiter ꝙ fallacia est assensus hui⁹ ꝓpōnis: he p̄missie probant hanc ꝯclusionē. nā assensus est fallacia ꝑ quā hō formaliter decipit̄: s3 in fallacia petitionis principij et in multis alijs hō decipit̄ sic assentiendo: igit̄. Sc̄do d̄r ꝙ fallacia q̄nqꝫ est assensus hui⁹ ꝓpōnis. he p̄missie probant hāc ꝯclusionē ꝯtrā vel ꝯdictoriā pōni r̄ndētis. p3 in sillo peccante penes fallaciā ignorātie elenchi. vbi nō est defect⁹ nisi ex pte ꝯclusionis. Dicitur tertio ꝙ fallacia q̄nqꝫ est duo assensus. s. hui⁹ ꝓpōnis he p̄missie probant hāc conclusionē et assensus cōclusionis: quia si aliqua ꝯclusio alicui⁹ paralogismi est falsa: he p̄missie apparenter probāt illam conclusionē: sic ꝙ ibi causet̄ assensus conclusionis: tūc hō in tali paralogismo decipit̄ assentiendo tali conclusioni.

**Quid est assensus.**

¶ Sciēdū est quarto ꝙ adhuc incidit talis difficultas. vtrū sit aliquā fallaciā esse in dictione ⁊ extra dictionē. Pro cui⁹ solutione supponit̄ ꝙ fallacia in dictione sumit cām apparentie ex pte dictionis. sic ꝙ nō ꝑt fieri sine dictionib⁹. S3 fallacia extra dictionē est q̄ sumit cām apparentie ex pte rei ficte vel intentionis vel ꝯceptōis sic ꝙ ꝑt fieri sine dictionib⁹ ad placitū institutis vel earū ꝯsiderationib⁹. Hoc supposito r̄idet̄ ad dubiū ꝙ nō: q2 vocat̄ fallacia in dictiōe: q2 nō ꝑt fieri sine dictionib⁹ ad placitū institutis vel eaꝝ ꝯsideratiōib⁹. S3 vocat̄ falla extra dictionē: q2 ꝑt fieri sine dictionib⁹ ad placitum institutis. si q̄ eadem falla eēt in dictione ⁊ extra dictionē illa posset fieri sine dictionib⁹ ad placitū institutiꝫ. ⁊ nō posset fieri sine dictionib⁹ institutiꝫ q̄ iplicat ꝯdictionē. Et si qs dicat. vna falla ꝑt h̄re plures causas apparentie quaꝝ vna se t3 ex pte rei: alia ex pte dictionis. R̄ndet̄ ꝙ h̄ nō ꝑt stare: q2 tūc seq̄ret̄ ꝙ ꝑ3 diuersas cās apparētie causarent̄ diuersi assensus quoꝝ vn⁹ eēt falla in dictione ⁊ ali⁹ falla extra dictionē. ex q̄ p3 falsitas illoꝝ q̄ dicūt eundē sillm eē in dictiōe ⁊ extra dictōēꝫ ꝭm diuersas cās apparētie. Et hec de p̄mo articulo. Quātū ad sc̄m

**Quid est fallacia in dictione.**

**Quid est fallacia extra dictionem.**

¶ Dubitat̄ p̄mo vtrū dyalectica non sit alicui⁹ gn̄is determinati nec alicui⁹ ꝯclusionis ostēsiua. nec talis q̄lis ē methaphisica. ⁊ vtꝝ nomē idē significet ꝭm se ⁊ iūctū alteri. Pro solutione p̄me ptis supponit̄ ꝙ duplex est dyalectica. s. vtēs et docēs. docēs q̄ docet diffinire. diuidere. arguere. et verum a falso discernere. et ista est vera sc̄ia ⁊ alicuius gn̄is scibilis sicut sunt alie sc̄ie. ¶ Alia est vtens q̄ nō est nisi noticia siue firma siue formidolosa siue vera siue falsa acq̄sita ꝑ vsum argumen

**An dyalectica nō sit alicui⁹ generis.**

**Quid est dyaletica docens.**

**Quid est dyaletica vtens.**

tationis: ꝛ talis non eſt vera ſcīa. neq̃ alicuiꝰ gñis ſcibilis determinari: ꝛ de iſta intelligit textꝰ. Et talis nõ eſt oſtẽſiua alicuiꝰ ꝯcluſionis ſupple ſciẽtifice ꝛ demõſtratiue cũ nõ ſit: ſ; bñ poſſit eẽ oſtẽſiua ꝓbatiue q̃ ad rões cões ꝛ ꝓbabiles ꝛ ꝯñas ꝓbatiuas. ꝛ p̄ h̄ ſoluit̃ ſcḋa ro. ¶ Ad tertiã dr̃ ꝙ methaphiſica ꝛ dyalectica nõ ſunt oĩno ſĩles. Nã methaphiſica dr̃ eẽ cõis ꝓpt̃ cõitatẽ ſubi. Sz dyalectica dr̃ eẽ cõis p̄ applicatõez: q2 applicat̃ ad oẽs alias ſcīas docẽdo ꝯponere argumentatões ex terīs cuiuſlibet ſcīe. ¶ Ad q̃rtã dr̃ ꝙ nomẽ p̄ ſe ſũptũ ꝛ nomẽ iunctũ cũ alio ſemp̄ idẽ ſignificant: ſ; nõ ſp̄ ꝓ eodẽ ꝛ equalibꝰ accipiant ꝓpt̃ ꝓprietates logicales reſtrictões ampliatões determinationes ſuppoſitiones ꝛ diſtributiones.

*Utrum ſpecies generi appoſita cauſet nugationẽ.*

¶ Dubitatur ſcḋo vtrum ſpecies appoſita gñi cauſet nugatõez: vt ſic dicẽdo aĩal hõ. ad h̄ dicũt aliq̄ ꝙ q̃uis genꝰ appoſitũ ſpēi faciat nugatõez nõ tñ ſpẽs appoſita gñi. cuiꝰ rõnẽ aſſignãt: q2 ſpẽs determinat ip̄z genꝰ: igr̃. Itẽ nulla oro ꝯgrua eſt nugatio: ſ; talis oro ẽ ꝯgrua: igr̃. Itẽ minꝰ cõe ꝑt determinare magis cõe: igr̃. Alr̃ tñ ẽ dicẽdũ de mẽte ſcoti ꝙ ſicut genꝰ additũ ſpēi cauſat nugatõez ita ꝛ ſpẽs addita gñi. ꝛ h̄ ꝓbat̃ p̄lo auctẽ phi. vij. thopicoꝝ. ꝙ ſi vñi dicto addat̃ p̄ticulare ſupfluũ erit ꝛ nugatio. Etiã dicit. vij. methaphiſice. ꝙ nugatio eſt in p̄ponẽdo dr̃iam ſupiorẽ ꝛ addẽdo inferiorẽ: ꝛ aĩal hñs duos pedes bipes. Etiã ꝑt ꝓbari rõne quã facit q̃nto methaphiſice: q2 q̃ncũq̃ rões poſite ꝓ noibꝰ includũt nugatõez ꝛ ita illi termini. ſ; ſic eſt ꝙ rões gñis ꝛ ſpēi ſũt hmõi: vt p; dicẽdo. ſub̃a aĩata ſenſibilis aĩal rõnale. ibi eſt v̄a nugatio cũ diffinitio ibi mediante addat̃ diffinito puta diffinitio aĩalis ipſi aĩali. Et ſi quis dicat. vtrũ ſit ibi nugatio aĩal rõnale: q2 ſicut hõ includit aĩal: ita ꝛ rõnale. R̃ñdet̃ ꝙ non eodem mõ: q2 dr̃ia includit genus denoĩatiue. ꝛ ſpẽs includit genꝰ p̄ ſe ꝛ q̃ditatiue. ꝛ per hoc ſoluũtur rões alterius opinionis negãdo omnes ſuas ſuppões. Et ſi q̃s dicat. ibi nõ eſt nugatio hõ aĩal: g̃ neq̃ aĩal hõ. aña probat̃: q2 alr̃s non eſſent ponẽde propões de modo loquẽdi inꝯſueto: vt dicẽdo: oĩs hõ aĩal nõ eſt. rñdent aliqui nõ admittẽdo tales propões in q̃bꝰ ſit talis nugatio. poſſet tñ dici ꝓbabilius ꝙ ibi vnũ nõ addit̃ alteri tãq̃ ꝑs vniꝰ extremitatis: q2 vnũ eſt ſub̃m ꝛ aliud predicatũ.

*Utrum ſillogiſmus tentatiuus ſit ſillogiſmus ſophiſticus.*

¶ Dubitat̃ tertio vtrũ ſillꝰus tentatiuꝰ ſit ſillꝰs ſophiſticꝰ. Pro cuiꝰ ſolutiõe ſupponit̃ p̄lo ꝙ dr̃ia eſt inter ſillm̃ falſigraphũ: litigioſum: ꝛ tentatiuũ: q2 ſillꝰs falſigraphꝰ eſt q̃ procedit ex ꝓpriis ꝑncipiis alicuiꝰ male intellectis cmõi ſunt ſillꝰs ypocratis ꝛ briſſonis de q̃bꝰ viſum eſt in textu. Sz ſillꝰs litigioſus eſt idẽ ꝙ ſillꝰs ſophiſticꝰ. ſ; tentatiuꝰ eſt q̃ querit de ſcīa vel ignorãtia rñdentis. vñ talis põt capi dupl̄r. Uno mõ quãtũ ad ſuã materiã ꝑtã ad terminos ꝛ propões. ꝛ ſic nõ diſtinguit̃ ꝯtra demõſtratiuũ vel dyalecticũ: vt viſum eſt in primo thopicoꝝ. ꝛ ſic nõ eſt ſophiſticus. Alio mõ accipit̃ inquãtũ procedit ex cõibꝰ ꝛ probabilibꝰ vt videt̃ procedere ex propriis principiis alicuiꝰ ſcīe: ꝛ ſic põt dici quodãmodo ſillꝰs ſophiſticꝰ: q2 videt̃ ꝓcedere ex propriis principiis alicuiꝰ ſcīe. ꝛ nõ procedit. ꝛ ſic capiebat̃ in textu. ꝛ hec de ſcḋo articulo.

*Cõcluſio de ſillogiſmo peccante in forma.*

¶ Quãtũ ad tertiũ ſit ꝯcluſio reſponſalis. ſillꝰs peccans in forma nõ eſt bonus ſillogiſmꝰ. et h̄ relinquit̃ ſatis probata ex dict̃. ¶ Ad rões ante oppoſitũ. Ad ꝑmã dr̃ ꝙ ex premiſſis falſis etiã de neceſſitate bene põt ſequi ꝯcluſio ꝛ nihil ꝯtra nos. ¶ Ad ſcḋam dr̃ ꝙ argumẽtatio ꝑt capi dupl̄r. Uno mõ large ꝓ quacũq̃ argumẽtatione ſiue ſit probatiua ſiue nõ. Alio mõ ſtricte pro argumentatione probatiua ꝛ h̄ viſum eſt in ſcḋo prioꝝ. ¶ Ad tertiã ꝛ quartã p; ſolutio. ꝛ etiã ad quintam.

¶ Et ſic eſt finis primi elenchoꝝ.

¶ Sequitur ſecundus.

DE rĩſione aũt et quõ op; ſoluere ꝛ ad q̇d ꝛ ad quã vtilitatẽ huiꝰ orationes ꝯſũt poſt hec dicendũ vtiles: ergo ſunt ad phiã ꝓpter duo. primũ quidẽ quoniã ſepe ſm dictionẽ fiunt meliꝰ h̄re faciunt quotiens ſingulũ dr̃. ꝛ q̃ ſilr̃ ꝛ q̃ aliter in rebus accidunt: ꝛ in noibus. ſcḋo aũt ad eas que ꝑ eundem ſunt queſtiones.

*Utilitates ſoluẽdi paralogiſmos. Iſtius libri diuiſio.*

IStе eſt ſcḋus liber elenchorum in quo phꝰus determinat de ſolutionibus argumẽtationũ ſophiſticaꝝ. Et diuidit̃ in quattuor tractatus. Primus ꝯtinet vnicũ caplm̃ in quo ponit vtilitatẽ ſoluendi paralogiſmos dicens ꝙ due ſunt vtilitates. primo ſunt vtiles ad phiam. q̇ꝺ probat de fallaciis in dictione: q2 ſciẽs diſtinguere multiplex ſcit faciliter diſtinguere aliter eſſe in rebꝰ ꝛ ordinibus quod eſt vtile ad phiã. Scḋo probat in fallaciis extra dictionẽ. nam per ſolutiones earũ euitamur decipi per eas. Secũdo ſunt vtiles ad gloriam reſpondentis: quia ſolutio paralogiſmoꝝ facit reſpondentẽ videri exercitatũ circa oĩa. ¶ Deinde remouet vnam cauillatõez. nã aliq̃s poſſet dicere ꝙ iſte ſcḋus liber eſt ſupfluus: q2 oẽs ꝑdicte vtilitates vident̃ haberi ꝑ primũ librũ: q2 in primo libro manifeſtat̃ ex quibus fiunt ſillogiſmi ſophiſtici. ꝛ quõ fiunt. mõ ille qui cognoſcit talia cognoſcit defectus eoꝝ. Reſpondet̃ ꝙ aliud eſt ſcire defectũ ꝑalogiſmi: ꝛ ſcire ſoluere eũ in propria forma quod habetur ꝑ iſtud ſcḋm.

*Cauillationis remotio.*

¶ Primum ergo quidem sicut sillogisare dicimus probabiliter quandoqz magis q̃ vere oportere eligere sic: et soluendum quandoqz magis probabiliter q̃ ſm verum.

Quō soluuntur q̄stiões sophistice

Iste ē scōs tractat⁹ q̄ diuidit in duo capitula. In p̄mo ponit talem cōclusionē. Ad argumētationes sophisticas est danda apparēs solutio: quia respondens debet illo modo soluere quo opponens arguit: sed opponens sophista nō arguit: sȝ videt arguere: ḡ respōdēs nō dȝ soluere: sed dȝ videri soluere. ¶ Deinde remouet vnū dubiū. crederet aliq̄s q̄ r̄ndens nullo mō deberet soluere postq̄ opponēs nō arguit. R̄ndet p̄hs q̄ imo dȝ soluere ne videatur redargui apd̄ assistētes: ⁊ ne videat ignorare solutōes taliū palogismoꝝ. s. q̄ i disputatione sophista r̄ndēs dȝ distīguere orōnem multiplicē si sibi ponat anteq̄ opponēs ꝯcludat ꝯtra ipȝ. qd̄ p̄bat duab⁹ rōnib⁹. Prima. r̄ndēs dȝ illud facere p qd̄ acq̄rit apparētē sapiētiā: sed distinguendo multiplex acq̄rit apparentē sapientiā: q2 orō multiplex nō distincta est viciosa: ḡ r̄ndēs sophista dȝ vti r̄ſiōe. Scd̄a rō. sicut est de interrogatōe plures: ita est de interrogatiōe multiplici: sed ad interrogationē plures nō est r̄ndēdū vnica r̄ſiōe: ḡ nec ad orōnē mltiplicē ē dāda vnica r̄ſio: sȝ plures q̄ daut p distinctionē. ¶ Finalr̄ remouet vnū dubiū. posset eñ q̄s credere q̄ si orō eēt ꝟa i vtroq̄ sensu nō eēt distinguēda. Hoc remouet p̄hs dicēs q̄ lȝ sit ꝟa in vtroq̄ sensu tñ ē distiguēda: q2 faciēdū ē de orōne mltiplici sicut de q̄ōe plres: sȝ q̄stio plres ē distiguēda lȝ sit ꝟa i vtroq̄ sensu: igit ⁊ orō plures.

Dubij remotio de eodem.

Alterius dubij remotio.

¶ R̄ndēdū aūt in his q̄dē q̄ videt sic dicētē etei sic mīme ad se fiet elēch⁹.

Quinq̄ r̄ndentis cautele.

¶ Istud est scōȝ capl̄m in q̄ ponit aliq̄s cautelas r̄ndētis ad euitādū interrogatōeȝ vnā. ⁊ sūt q̄nq̄. ¶ Prīa. si opponēs pponat r̄ndēti aliquā iterrogationē pbabilē q̄ nō videt pbabilis r̄ndēti: tūc ip̄e r̄ndēs nō dȝ simplr̄ ꝯcedere ne videat duci ad iopinabile nec dȝ simplr̄ negare: sȝ dȝ dicere videt mihi. ¶ Scd̄a. si opponēs pponat aliqd̄ iopinabile: tūc r̄ndēs dȝ etiā dicere vr̄ mihi. ¶ Tertia. si opponēs velit pbare aliqd̄ negatū r̄ndēte: tūc r̄ndēs dȝ sibi dicere q̄ petit pricipiū: q2 tūc appebit assistētib⁹ q̄ r̄ndēs bñ dicat. ¶ Quarta. si opponēs aliq̄d inferat ex dictis a r̄ndēte p aliquā similitudinē tūc r̄ndēs dȝ dicere q̄ ip̄e nō capit i illo sensu in q̄ dedit illā ppositionē. ¶ Quīta. respōdēs nō debet r̄ndere nisi prius interrogatio fuerit perfecta: vt est ne homo alaliū vel quicquid est possessio dānum.

¶ Quoniam autem recta solutio est manifestatio falsi sillogismi ſm quaȝ interrogationem accidit falsum. falsus autem sillogismus fit dupliciter.

Duplex ē solutio.

Iste est tertius tractat⁹ hui⁹ libri in quo docet naturaȝ solutionuȝ paralogismoꝝ. Et diuiditur i quattuor capitula. In p̄mo dicit q̄ duplex est solutio. s. recta ⁊ nō recta. Solutio recta ē manifestatio sillogismi falsi ſm q̄cunq̄ eius positionem ſm quam accidit falsum. hoc est solutio recta est falsitas argumētationis ſm oēm modum ſm quem talis argumentatio dicitur falsa. ¶ Deinde ponit diuisionē silloꝝ falsoꝝ dicens q̄ duplex est sillogismus falsus. quidam est peccās in materia. ⁊ quidam in forma. Et subdit q̄ sillogismi peccātes in materia soluuntur per interēptionē vnius premisse vel ambarum p̄missaruȝ. ⁊ hoc si sint false. Sed peccātes in forma soluūtur p negationē ꝯñie vel p distinctioneȝ si sit multiplicitas i ip̄is. ¶ Finalr̄ remouet vnū dubiū. posset ei aliq̄s credere q̄ solutōes paralogismoꝝ satis habent p primū sillogismū. ¶ Ad hoc r̄ndet q̄ multū differt soluere aliquā orōnē statim ⁊ sine p̄meditatōe longa ⁊ soluere cum longa premeditatione. nā imediate aliquid preuidere est difficile. ⁊ p exercitationē videre ē facile: quia exercitatio habet per istum secundum librum.

Quid est solutio recta.

Sillōruȝ falsorum diuisio.

¶ Horum igitur qui sunt ſm equiuocationem et amphiboliam elenchoꝝ. alij quidem habent interrogationem aliquam plura significantem. alij aūt conclusionem multipliciter dictam.

Distinctiones palogismoꝝ

¶ Istud est scd̄m capitulum in quo philosophus docet soluere paralogismos fallaciaruȝ in dictiōe. Et diuiditur in quattuor partes. In prima ponit duas distinctiones. Prima. paralogismorum equiuocationis ⁊ amphibolie: quidam habent premissas multiplices et non conclusionem. alij habent conclusionem multiplicē cum aliqua premissaruȝ. ¶ Scd̄a. distinctio. ppositio multiplex aliquādo ē vera ſm vnū sensum ⁊ falsa ſm alium. Et aliq̄n vera in vtroq̄ ⁊ aliquādo falsa. Ex quo patet q̄ ōis orō multiplex posita in sillō est distinguēda ⁊ cōcedēda in sensu ꝟo: ⁊ negāda i sensu falso. ex quo ptȝ quō sunt soluēdi palogismi fallaciaꝝ equocationis ⁊ amphibolie. Et subdit vnū documētū q̄ si multiplicitas lateat r̄ndētē ⁊ ip̄e ꝯcesserit orōnē multiplicē sine distictōe: tūc si opponēs fortit instet sic q̄ possit pcipe mltiplicitatē tūc dȝ corrigere suā solutionē ⁊ dicere q̄ cepit ppōeȝ pri⁹ ꝯcessam i sensu ꝟo ¶ In scd̄a pte docet soluere palogismos cōpōnis ⁊ diuisiōis dicēs q̄ soluunt ostēdēdo q̄ nō ē eadē orō ꝯposita ⁊ diuisa. Et ponit septē exēpla. p̄miū. quo vidisti pcussuȝ h p cussus ē: sȝ oculo vidisti hūc pcussum: ḡ oculo hic pcussus ē. Scd̄m. quo percussus est h hoc tu vidisti: sed baculo percussus est hic: ḡ baculo tu vidisti. soluit istos duos dicēs: q̄ nō ē

Documētum.

Quō soluunt paralogismi ꝯpōnis et diuisiōis.

idē videre oculis illū q̄ pcussus est videre illū q̄ pcussus est oculo. ¶ Tertiū exemplū. tu vidisti nūc existētes in piray naues, in cicilia ens. hec enī est distinguēda: qr ens pōt referri ad hoc qd ē in cicilia: ꝛ sic est cōposita ꝛ falsa: posito ꝙ nūc sis in piray vbi non videas naues existētes in cicilia. vel ens pōt referri ad h̄ ꝙ est i piray: ꝛ tūc est diuisa ꝛ vera. Quartū. bonus sutor malus ē: vñ si fiat pausa post ly sutor est diuisa et falsa: sed si fiat pausa post ly bonus est cōposita ꝛ ṽa. Quintū. q̄cq̄d ē malorꝝ illud est malū: sed malorꝝ ē disciplina bona: ḡ disciplina bona est mala. Sextum. quēcūq̧ nūc vere dico nūc factū esse ille nūc fact⁹ est: sed te ṽc dico nunc factū esse: ḡ tu nūc factus es. Septimū. quicūq̧ pōt cytharizare cytharizat: ſꝫ nō cytharizans pōt cytharizare: ḡ nō cytharizans cytharizat. ¶ In tertia parte

Quō soluūtur paralogismi accentus.

docet soluere paralogismos accētus: dicēs ꝙ nō fiūt multe deceptiōes in accentu. ꝛ ponit vnū exēplū: vt bonū ē viros iustos pēdere: ꝛ bonū ē viros iustos nō pēdere: ḡ bonū ē idē pēdere ꝛ nō pēdere. Soluit dicēs ꝙ pendere nō idē significat media breui ꝛ media longa.

Quō soluūtur paralogismi figure dictionis.

¶ In q̄rta pte docet soluere palogismos figure dictiōis dicēs ꝙ tales dn̄t solui negādo ꝯñam. nā ppter ꝯuenientiā aliquorꝝ i voce nō seq̄t ꝯuenīētia eorꝝ i significato aut mō significādi vel ecōtra.

Quō soluūtur paralogismi in spāli.

¶ Deide docet soluere i spāli: ꝛ pzio qñ mutat vnū p̄dicamētū i aliud: ꝛ h̄ pꝫ p exēpla. Cōtigit vnū ꝛ idē videri ꝛ videre: ḡ ꝯtigit vnū idē facere ꝛ fieri. Deide pōit exēpla i qb⁹ p̄dicamētū sube mutat i p̄dicamēta accñtis. ¶ Primū. q̄cq̄d heri habuisti et mō non habes amisisti: ſꝫ heri habuisti decē digitos ꝛ mō nō habes: ḡ decē digitos heri amisisti. dꝫ ꝙ ibi mutat q̄d i q̄ntū: iō negādd ē ꝯña. Deide ponit exēplū in q̄ q̄d mutat i aliq̄d sic. q̄cq̄d aliq̄s nō hꝫ: nō dat illud: ſꝫ vnū solū denariū aliq̄s nō hꝫ: ḡ vnū denariū aliq̄s nō dat. negāda ē ꝯña: qr ibi mutat q̄d i aliq̄d. ¶ Deinde ponit exēplū mutādo substātiā i q̄litatē vel ecōtra. q̄cūq̧ dat aliq̄d leuit cito dat: sed illud qd dat nō hūit cito: ḡ illud qd dat nō dat. ibi mutat q̄litas i subaꝫ: qr cito ē de p̄dicamēto q̄litatis: ꝛ qd ptinet ad predicamētū subē. Aliud exēplū. aliquē pcussisti sola manu: ſꝫ solā manū n̄ hēs: ḡ pcussisti aliquē p illud qd nō habes ¶ Cōseq̄nt pbat tres solutōes ātiq̄rꝝ. Prīa. ꝙ habes vnā solā manū: qr q̄ hꝫ plures hꝫ vnā solā manū. Scđa. cōcedit ꝙ tu habes vnā solā manū q̄ pcussisti: negat tn̄ sc hrē vnā solā manū. Tertia. ꝯcedit ꝙ aliq̄d dat qd nō hꝫ: qr si aliq̄s det alicui bonū vinū qd postea fiat acetū: tūc ille dedit qd nō hūit. istas tres iprobabat: qr nō est recte soluere: sed tn̄ ad hoiem: ḡ nō bene. añs pꝫ: qr ꝯcedēdo opposi-

Alius paralogismus in quo q̄d in quale mutatur.

tū illarꝝ solutionū adhuc possunt solui per distinctionē q̄ ē iter p̄dicta. ¶ Consequēter ponit vnū paralogismū i quo mutat q̄d in q̄le: vt iste hō discit tarde: ꝛ nō cito didiscit: ergo didiscit qd discit. Cōsequēter dat vnū exēplū

Exēpluꝫ i q̄ mutat q̄d in vbi.

in quo mutatur q̄d in vbi: vt quicq̄d bibisti ē in te: ciphū bibisti: ergo ciphus est i te. Aliud exēplū in quo mutat singulare in plurale: vt q̄cq̄d sciuisti p doctrinā vel inuētionē sciuisti: sed istas ꝯclusiones sciuisti: ḡ eas p doctrinā vel inuētionē sciuisti: ſꝫ tu nō sciuisti p doctrinā: ergo tu sciuisti p inuētionē: qd tn̄ est falsū p casuꝫ demōstratis duab⁹ ꝯclusiōib⁹ quaruꝫ vnā scis p doctrinam et aliā per inuētionem. Soluit negādo ꝯñam: quia numerus singularis mutat in numerū plurale.

Aliud exēplū i quo mutat q̄d in q̄le q̄d.

Cōsequenter dat vnū exēplū in quo mutat q̄d in q̄le q̄d: vt corruscus est alter ab hoie. corruscus est hō: ḡ corrusc⁹ ē alter a seipo Soluit negādo ꝯñaꝫ: qr ibi mutatur q̄d in q̄le q̄d: oīe enī cōmune est q̄le q̄d: ꝛ singulare h̄ aliq̄d. ¶ Ex p̄dictis infert phūs vnā solutionē ḡnalē oīm paralogismorꝝ in dictione. dicēs ꝙ r̄ndens dꝫ semp dicere ꝙ accipit propositioneꝫ in sensu opposito in quo capit opponens.

An tm̄ sint duo modi soluendi paralogismos

Queritur vtrum sint tm̄ duo modi soluendi palogismos scꝫ per interemptioneꝫ ꝛ p distinctionem. Et arguit pzio ꝙ nō: quia tot sunt modi soluēdi quot sunt modi sillogismorꝝ peccātiū: ſꝫ tres sunt modi taliū sillorū: qr q̄dā peccāt i matia tm̄. q̄dā i forma tm̄. q̄dā i materia ꝛ forma simul ¶ Scđo sic. nullus sills dꝫ solui p distīctionē: ḡ nō sunt duo modi soluēdi. añs pbat: qr oīs sills habēs falsitatē dꝫ solui p interēptionē falsitatis: ſꝫ oīs sills qui soluitur est falsus: igitur. ¶ Tertio sic. multiplex significat sua significata disiūctiue: ḡ nullū multiplex dꝫ distingui. añs pꝫ per phm. ij. thopicorꝝ dicentē ꝙ ad ꝯstruēdūꝫ vel destruendū multiplex sufficit tm̄ cōstruere vel destruere in vno sensu: qd non esset nisi iportaret sua significata disiūctiue. ¶ Quarto sic. multiplex significat sua significata copulatiue: ergo nullum multiplex est distīguēdū. añs pbat per philosophū primo pyarmenias. vbi dicit ꝙ si tunica imponat ad significandū hoiem ꝛ equū erit idem dicere tunica est alba ꝛ dicere hō est albus et equus albus. ¶ Quinto sic. solutio ad hoiem ꝛ ad tps sūt solutiōes recte: ergo sūt plures q̄ due. ¶ In oppositū est phs in textu. In questione erūt tres articuli. ¶ Quātum ad primum

Quid est solutio recta.

¶ Sciendū est pzimo ꝙ p declaratione questiōis supponit primo ꝙ solutio recta est manifestatio falsi ſm quācūq̧ positionem accidat falsum: cuius declaratio visa est in textu: sed solutio apparēs est manifestatio apparēs alicui falsi nō reddēdo causam.

Quid est interemptio: ꝛ q̄ duplex.

Scđo supponitur ꝙ interēptio idem est ꝙ negatio: ꝛ est duplex. s. interēptio ꝯñe ꝛ ꝓpōnis posite in ꝯña. interēptio ꝯñe hꝫ fieri in sillis peccātibus in forma. ꝛ interēptio ꝓpositionis hꝫ fieri in sillis quorꝝ aliq̄ p̄misse sūt false. vñ interēptio ꝯñe hꝫ fieri in oīb⁹ palogismis fallacie figure dictionis: ꝛ in oīb⁹ palogismis fallaciarꝝ

extra dictionē exceptis illis q̄ sūt penes falla-
ciā petitiōis pricipij q̄ directe ꝛ imediate non
soluunt nec ꝑ interēptionē nec ꝑ distictiōem.
Sꝫ rn̄dēs dꝫ dicere opponēti ꝙ petit pricipiū.
Iste tn̄ mod⁹ soluēdi reducit ad iterēptōēꝫ q̄ꝛ
dicēdo ꝙ petit pricipiū iteremit ꝓbabilitas:
iterēptio ꝟo ꝓpōis hꝫ fieri i olb⁹ ꝑalogismis
accipiētib⁹ aliquā ꝓpōēꝫ falsaꝫ. ¶ Tertio sup

Quid est distinctio

pōit ꝙ distictio ē maīfestatio alicui⁹ mltiplicis
dictōis vl' orōnis. Ex q̄ pꝫ ꝙ oīs solutio recta
fit ꝑ iterēptōēꝫ aut ꝑ distinctionē. Et si q̄s ar-
guat. nulla ē solutio recta: igr̄. añs pꝫ: q̄ꝛ vl' cēt
argumēti ꝟi vel apparētis. nō apparētis q̄ꝛ tal'
dꝫ cē appēns: nec ꝟi q̄ꝛ argumētū veꝝ. ē isolu
bile. dr̄ ꝙ ad argumētū appens n̄ solū dꝫ dari
solutio appens: sꝫ ēt recta. vn̄ i sill'o appēti sē
duo. s. cā appentie ꝛ cā dfect⁹. q̄ ad pmū dꝫ da
ri solo appēs. q̄ ad scdꝫ dꝫ dari solutio recta.

Difficultates circa textum incidētes

¶ Sciēdū est scdo ꝙ circa textum in-
cidūt alique difficultates. Prima. vtrū sit ne-
cesse ibi determinare de solutionibus paralo
gismoꝝ. Respōdet ꝙ est necesse ꝫm q̄d. i. si ve
limus habere ꝑfectā sciaꝫ de sillis sophisticis:
ꝛ si nos nō velim⁹ redargui. sed nō est necesse
simplr̄ cū possum⁹ bene esse sine talib⁹ solutio
nibus. Et si q̄s arguat. q̄cūq꜠ scit aliq̄d ꝯpo-
nere scit ipꝫ soluere: sꝫ ꝑ primū librū scim⁹ cō-
ponere sill'os sophisticos: g̃ etiā ꝑ illū sciem⁹
resoluere. Rn̄det ꝙ hoc fuit satis solutū in te
xtu: pōt tn̄ dici ꝙ nō opꝫ ꝙ q̄cūq꜠ scit. i. habet
sciam cōponendi habeat etiā sciam resoluen
di illud: imo multotiēs videm⁹ oppositū. Et
si q̄s iferat. dyalectic⁹ hꝫ ꝯsiderare de istis so-
lutiōib⁹: q̄ꝛ hꝫ ꝯsiderare de illis q̄ peccāt ꝯtra
sillm̄ dyalecticum. rn̄det ꝙ nō opꝫ nisi forte ꝑ
accidēs. Sed hꝫ ꝯsiderare primo ꝛ per se qua
liter componantur sillogismi dyalectici.

¶ Sciēduꝫ est tertio ꝙ scd'a difficul
tas est ista. vtrū aliq̄s sill's sophisticus sit sol
uēdus ꝑ negationē ꝯn̄e. ꝛ vr̄ ꝙ nō: q̄ꝛ hoc ma
xime esset q̄ꝛ talis ꝯn̄a apperet cē ꝛ nō eēt: sꝫ
h̄ nō q̄ꝛ nihil apperet eē aliō q̄꜠ sit q̄ꝛ nihil ap
paret esse aliō q̄꜠ ens: g̃ nihil appet cē aliō q̄꜠
ē. ꝯn̄a vr̄ cē bona ab equalētib⁹. ¶ Pro solu-
tōe suppōit ꝙ ista duo signa. s. idē ꝛ aliō sūt si
gna q̄ tn̄mō referūt terios subales. iō dn̄r si
gna ꝑdicamētis sube sicut ista tale ꝛ q̄le dn̄r si
gna terioꝝ accn̄taliū ꝛ non referūt nisi terios
accn̄tales. Exēplū pmi vt sortes ē aliō q̄꜠ pla
to. i. sortes est alia suba q̄꜠ plato. Exēplū scdi
vt sortes ē tal' q̄lis ē plato. i. sortes ē aliq̄lis ꝛ
tal' ē plato. Ex q̄ seq̄r ꝙ drīa iter istas duas ꝓ
pōes. sortes appet cē aliō q̄꜠ ipꝫ ē. ꝛ sortes ap
paret cē aliō q̄꜠ ē. pria valꝫ tātū sic ista sortes
appet cē ens alicui⁹ spēi: ꝛ ipe nō ē illi⁹ spēi. ꝛ
scd'a valꝫ tātū sic sortes appet cē aliō q̄꜠ ens ꝛ

Conclusiones ex ꝑdictis.

ē falsa. Ex isto ponūt tres ꝯloes. Pria. aliq̄d
appet cē tale q̄le nō ē: vt sill's sophistic⁹ appet
cē bon⁹ ꝛ nō ē. ¶ Scd'a. aliq̄d appet cē aliud
q̄꜠ ipꝫ est. Nā aliq̄d appet esse alicui⁹ spēi ꝛ tn̄
illi⁹ nō est: vt si sortes a lōge videat grādiens
sicut asinus ꝛ idut⁹ pelle asinina apperet esse
spēi asini. ꝛ tn̄ nō cēt. Tertia. aliq̄d nō appet
aliud q̄꜠ ē. iō ista est falsa aliq̄d appet cē aliud
q̄꜠ est. q̄ꝛ sensus est aliquid apparet esse aliud
q̄꜠ est. Et per hoc soluitur difficultas.

An ista sit ꝯcedēda aliq̄s ꝓpōnēꝫ verā credit esse falsam.

¶ Sciēdū ē q̄rto ꝙ ē alia difficultas.
vtꝝ ista sit ꝯcedēda. aliq̄s ꝓpōnēꝫ verā credit
esse falsam. ꝛ vr̄ ꝙ nō: q̄ꝛ ex ipa in bona ꝯn̄a se
quit vna falsa: igit. añs ꝓbat: q̄ꝛ bene sequit
aliq̄s ꝓpōnēꝫ verā credit esse falsam: g̃ aliq̄s
credit ꝓpōnēꝫ verā esse falsaꝫ: sed ꝯn̄s est fal-
suꝫ. ꝛ ē bona ꝯn̄a: q̄ꝛ noīa ꝛ verba trāsposita
idem significāt. Pro solutione supponitur ꝙ
drīa est inter istas ꝓpōes aliq̄s credit ꝓpōēm
esse falsam ꝛ aliq̄s ꝓpōnēꝫ verā credit esse fal
sam. nā scd'a est modalis diuisa: ꝛ ē sensus ali
q̄s ꝓpōēꝫ q̄ ē ꝟa credit cē falsaꝫ ꝛ h̄ ē veꝝ. pria
est modalis cōposita ꝛ est sensus aliq̄s credit
istā ꝓpōēꝫ esse verā ꝓpō ꝟa ē falsa: ꝛ i illo sen
su est falsa: ꝛ ꝑ hoc soluit difficultas: vnde cre
dere aliquā ꝓpōnēꝫ nō esse verā non est aliud
q̄꜠ assentire firmiter illi ꝓpositioni tanq̄꜠ ve-
re. Et hec de primo articulo.

Aliud dubiū d' ista ad disputandū vocalit' req̄rit' sermo

¶ Quātū ad scdm̄ dubitat p̄rio vtrū
ista sit ꝯcedēda ad disputādū vocalr̄ req̄rit ser
mo. ꝛ ꝓbat ꝙ sit ꝟa: q̄ꝛ disputatio vocalis nō
ꝑt fieri sine sermone: g̃ ad disputādū vocalit'
req̄rit ꝫmo. ꝯn̄a pꝫ ab equalētib⁹. ¶ In op-
positū arguit q̄ꝛ bene sequit: ad disputādū vo
caliter req̄rit sermo: g̃ ꝫmo req̄rit ad disputā
dū vocalit'. ꝯn̄a tenet ꝑ illā regulā noīa ꝛ ver
ba transposita idēꝫ significāt: sꝫ ꝯn̄s est falsuꝫ
cū nullus sermo req̄rat ad disputādū vocalr̄.
Itē ꝯuertens istius ad disputandū vocaliter
req̄rit ꝫmo est falsa: igit. añs pꝫ: q̄ꝛ ꝯuertens
est ista q̄ꝺ req̄rit ad disputandū ē iste vel iste
ꝫmo: mō ista ē vna affirmatiua falsa cui⁹ subꝫ
ꝓ nullo supponit. Itē ꝯdictoria ei⁹ ē ꝟa: igit
ipa ē falsa. añs pꝫ: q̄ꝛ ꝯdictoria ē ista null⁹ ser
mo req̄rit ad disputādū vocalr̄ ꝛ ista ē ꝟa: igr̄.
¶ Pro solutōe supponit p̄rio ꝙ actus posit⁹
post ly req̄rit ꝛ reci⁹ a ꝑte ante supponit ꝯfu-
se tn̄. Suppōit scd'o ꝙ aliq̄ dicūt ꝙ ꝓpō tātū
valet sicut ista disputatio vocalis nō pōt fieri
sine ꝫmōe. vel sicut ista impossibile est dispu
tationē vocalē fieri sine ꝫmone. Alij dicūt ꝙ
ex quo istud verbū requirit ꝯfundit terminū
ꝙ i ipo icludit actus sincathegoreumatic⁹ q̄
nō est ꝑs extremi: ergo totuꝫ hoc q̄ꝺ requirit
ad disputādū nō est ꝑdicatū: ergo dꝫ resolui i
vnā aliā vbi nō ponit tal' act⁹ sincathegoreu-
maticus puta in istā ad disputādū vocalit' cō
uenit sermo ꝛ postea tūc dꝫ conuerti. Suppo-
nit tertio ꝙ de ista, noīa ꝛ ꝟba trāsposita idē
significāt. diuersi diuersimode glosant. nā di
cūt aliqui ꝙ sic est intelligenda noīa et verba
vbicūq꜠ ponant idēꝫ significāt: sed nō eodem
modo. Alij dicūt ꝙ est vera retenta eadē sup
positione ampliatiōe ꝛ restrictiōe. Alij dicūt
ꝙ est intelligēda dūmodo ponantur ex eadēꝫ
parte extremi. ꝛ ista magis videt esse de mēte

aristotelis. Et per ista possunt faciliter solui rationes de contradictoria: als dictū est quo modo termin⁹ qui supponit ꝯfuse tm̄ ratione signi ꝯfusiui specialis in cōtradictoria debet supponere ꝯfuse ꝛ distributiue distributione imperfecta. Dicunt tamē aliqui ꝙ non habet contradictorium nisi prius resoluatur.

An ppō i qua ponitur terminus equiuocus sit distinguenda.

¶ Dubitatur scđo vtrū oīs propositio in qua ponit̄ termin⁹ equiuocus sit distinguēda. Et arguit̄ ꝙ sic. q2 aliqua ppositio ī qua ponit̄ terminus equiuocus est distinguēda: ꝗ ꝛ oīs ꝯña. ptꝫ: q2 nō videt̄ maior rō de vna ꝗꝫ de alia. Itē oīs ppō plures ē distiguēda: sed oīs ppositio in qua ponit̄ termin⁹ equiuocus est ppō plures: igit̄ oīs ppō in qua ponit̄ oīs talis termin⁹ est distinguēda. ¶ In oppositū arguit̄. q2 nulla ppositio vna ē distinguenda: oīs ppositio est ppositio vna: igitur nulla ppositio est distinguēda. ꝯña tenet in celarent. Et minor pbatur p pħm dicentē ꝙ idē est ppositio ꝛ ppositio vna. Pro solutiōe suppōit ꝙ propō capit̄ dupl'r. Uno mō stricte p ppōe vna: ꝛ sic nulla est distinguēda. Alio mō capitur large pro oī orōne hñte modū propōnis: ꝛ sic propositio plures ē bñ propositio. Suppōit scđo ꝙ vt cōit' dr ppō dr equoce de ppōne vna ꝛ propōne plures ꝛ hoc a ꝯsilio. s. de ppōne vna primo ꝛ de propōe plures scđario: ꝛ sic tenēdo illā regulā talia sunt subiecta q̄lia pmittunt̄ a pđicatis tā in equocis a ꝯsilio ꝗꝫ a casu. ista ē ꝯcedēda ppō est distiguēda. oīs propō est distinguēda: propō ē propō plures: oīs propō ē propō plures: q2 in oībus istis a parte subiecti ponit̄ termin⁹ equocus a ꝯsilio scꝫ iste termin⁹ propositio ꝛ pđicatū. s. distinguēda vel plures solū ꝯuenit sibi p vno significato. s. pro ppōne plures ꝛ p ꝯñs ꝟtute illi⁹ regule pđicatū restringit subiectū ad standuꝫ a propōeꝫ plures: tñ logici nō aduertētes ad talē acceptionē negāt tales ppōnes. ¶ Isto supposito ponunt̄ alique cōclusiōes probabiles. Pria. nulla ppō in qua ponit̄ termin⁹ equiuocus a ꝯsilio est distinguēda et ista iam pri⁹ fuit pbata. Scđa. aliqua propō ī q̄ ponit̄ terminus equocus a casu ē distinguēda rōne illius terī equoci: q2 illi ppōni correspōdēt plures ꝯcept⁹ propōnales coniuncti: vt ista canis est suba. pro quo ponit̄ talis regula. Oīs ppositio in q̄ ponit̄ termin⁹ equocus cui correspōdēt plures ꝯcept⁹ propōnales est distiguēda. Tertia propositio. aliq̄ propositio in qua ponit̄ terminus equiuocus restrictus est distiguēda: vt ptꝫ de ista canis est colorat⁹. Quarta propō. nulla ppō ī q̄ ponit̄ termin⁹ equoc⁹ restrict⁹ ad vnū solū significatū ē distinguenda sicut ista canis est latrabilis. ꝛ p istas ppōnes faciliter soluūtur rationes.

Cōclusiones ex pđictis.

